

1680.


1. Lysen [Leiser], Wilhelm: De concursu actionum
2. Leiser, Wilhelm: Explicationum P. Scripturas  
11. C. qui potiores in pignore habeantur.
3. <sup>4</sup>Murini, Werner Theodor: De gradibus culpa et  
penae 1. de delictis.
5. Pilarik, Esajas: De eclipsi lunae
6. Schleenstein, Godsp. Nicolai: De affinitate.
7. Stolbergius, Balthas: De anguis veterum.
8. Strauss, Godofredus: Necadem. . . positio-  
num juridico-practicarum disquisitioni  
subiiciet publicae.
9. Straussius, Godofredus: Insurgendi Forenses-  
ab multum Partis.
10. Wachtler, Christoph: Ad Ulpiani l. 5 pr. 2.  
Commod. et. l. 2 3 I. R. j. sine de gradibus  
culpa in Contractibus Commentatus in au-  
gustalis . . .
11. Fiegler, Hieronymus: De eo quod iustum est circa  
mortuos.

1681.

1. Lyser [Leisner], Wilhelm: De jure civilitatis  
vulgo von Bürgerrecht.
2. <sup>alt</sup> Lyser [Leisner], Wilhelm: De robaria et vi  
brunorum raptorum.
3. Naevius Joh. Carolus: De ambitu et suffragio  
rect. Fr.
4. Naevius, Joh. Carolus: De homicidio doloso  
ca P. Cornelia de sicar. et venef.
5. <sup>alt?</sup> Schlenker, Godtf. Nic.: Sinceritas jurídica  
sistens rei inquisitionem in Adam et Eva,  
delinquentes.
6. Schlenker, Godtf. N.c.: De gratia principis.
7. <sup>alt</sup> <sup>ca d</sup> Strauss, Godtf.: De capitativo vulgo von  
Kopff-Gese. 4 Bempt
8. Strauss, Godtf.: De obligatione patrioformi.  
in cuius aedibus incendium ortum.

9. Vegetius Christianus Foll.: De successione principis  
juxta primogenituram et apanagem







EXERCITATIO ACADEMICA  
DE

# CAPITATIONE

vulgo vom

**Kopff = Belde /**

*Cujus tutanda gratia*

*Divina praeordinante Clementia*

atque

*Inclutae Leucorea*

*Magnifici JCtorum Ordinis Indulgentia*

PATROCINANTE

VIRO EXCELLENTISSIMO,

**DN. GODOFREDO Strauß /**

Jcto & Antecessore in alma hac Albipolitana Famigeratissimo,  
POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIAE in Supremo Appellationum Judi-  
cio, nec nou SERENISSIMOR. PRINC. ANHALT. SERVEST. Confilia-  
lio Splendidissimo, Senatus Juridici Electoralis atque Ordinis sui Ad-  
fessore Gravissimo, & h.t. DECANO Spectatissimo,

*Macenate suo indulgentissimo, Promotore item ac*

*Fraxeptore nec non Hospite atatem submisse sibi*

*deuenerando,*

Ad diem XVI. April. A. D. c1o 1oc LXXXI.

*In Phrontisterium Jure-Consulti.*

*prodibu*

**JOHANNES PHILIPPUS Kopff /**  
OLDENBURG.

VITEMBERGAE,

LITERIS JO. GODOFREDI MEYERI, 1707.

1681 189  
90  
22

CAPITATIONE

DN. GODOFREDO

JOHANNES PHILIPPUS

CLARISSIMO AC DOCTISSIMO,  
DN. RESPONENTI,  
FAUTORI & AMICO ÆSTIMATISSIMO,

S. P. D.

D. GODOFREDUS *Strauß*/

**I**Nter reliqua seculi vitia non minimum equidem est in-  
gens rei literariæ contemptus. Qvi qvolatius serpit  
qvotidie, eo plures ab artium studiis retrahit atqve de-  
terret. Diligentioribus ac assiduis nullum vel tamen  
exilius longe expectandum hodie præmium est, qvam  
socordibus ac ignarissimis, qvi ad summum dignitatis  
fastigium emicant facillime. Unde fit, ut qvod olim  
omnibus plane modis viri nomen docti fuit tam anxie  
affectatum, pleriq; hodie deprecentur enixe vel tamen  
oppido fastidiant. Langvor ergo & incuria plerosqve  
incescit & hinc crassa inscitia vel superfunctoria saltem  
noticia. Id qvod cum primis in iis deprehendere licet,  
qvi Jurisprudentiæ se consecraverunt. Sive enim publi-  
ci, sive privati spectes jurisscientiam, utrobiqve vera ju-  
stitiæ incunabula sædisime negligantur. Illic ratione  
Status, qvam vocant & amant impense; hic vero techna-  
rum

rum calliditate impie substituta. Sed istos utilitatis u-  
nice studiosos, hos vero ex malis artibus compendium  
qværentes divina subinde sapientia docet: nihil sive in  
publicum sive privatim esse fructuosum, quod sine justi-  
tiæ ope suscipitur consilium. Ista si temere spernitur:  
qvæ prodesse Reipubl. sperantur, maxime nocent ac  
circumventiones nihil post se relinquunt præsidii. Ab  
hisce vero injustitiæ sectatoribus quam alienus sis, Ami-  
cissime KOPFI, imo abhorreas plane, specimen quod  
publice exhibes eximie comprobatur. Præfers & æsti-  
mas ubiqve justitiæ regulas, veram non simulatam af-  
fectans Juris Philosophiam. Quæ uti cordatioribus fa-  
cile commendat: ita amabiliorem reddunt mode-  
stia, comitas ac non indecorum placendi studium.  
Nam & Tecum habitare didicisti, nemini gravis atqve  
molestus. Auguror hinc vane, fore, ut propedi-  
em magno cum fructu Reip. inservias. Faxit DEUS  
T.O.M. ut eam Te simul comitetur felicitas, quam  
probitatis candor, quam eruditionis vis, juxta ac vir-  
tutis Tuæ decus merent! Vale. Dabam Witte-  
bergæ ex meo Museo, die VIII. April.

M DC LXXXI.





PARASCEVE;



Niroductis ex jure gentium bellis, regnisq;  
 conditis ac dominis distinctis, l. 5. π. de J. &  
 J. munera subsequenter & persitationes  
 publica initium quoque sumserunt. Wintzl.  
 in obs. syn. de collect. th. r. pag. m. 1. Klock.  
 de contr. c. r. n. 46. pag. m. 10. ut nervi &  
 ornamenta belli pacis & reip. l. 1. §. 20. π.  
 de quæst. quibus non illatis, impossibile est  
 eam conservari. Nov. 149. c. 2. Nov. 161. c. 2. conf. Cujac. 6. O.  
 19. pag. m. 128. Verum enim vero, ut omnia mala exempla ex saluta-  
 ribus institutis nata sunt, ita necessaria tantum & moderata exactio-  
 num publicarum initia in immensum postea excrevere, & magis pro  
 utilitate imperantium, quam parentium valuerit. Heig. part. 1. quæst.  
 jur. 17. n. 2. pag. m. 239. Hinc aurum coronarium, l. r. C. de aur.  
 coron. 10. 74. ibiq; Cujac. pag. m. 334. auri argenteum, pulchro no-  
 mine fœditissimum, de sumtum ex lupanaribus & ex prostituerarum  
 mercedibus, Petr. Greg. 3. de rep. 6. n. 7. pag. m. 58. Hinc centesima,  
 ducentesima & c. vid. Alciat. 3. disunct. c. 6. pag. m. 144. Cujac. 6.  
 O. 28. pag. m. 133. 7. OO. 3. 4. 5. pag. 142. 24. O. 8. pag. m. 578. Hinc  
 etiam pro umbra ac acre vectigal solutum legitur, Cujac. 11. O. 21.  
 pag. m. 261. add. Eberh. a Weihe tr. de regn. subsid. ac oner. subdit.  
 c. 4. n. 50. pag. m. 46. imo idem de urina accepit Vespasianus. vid.  
 Reusf. tu symb. Imp. cl. r. symb. 10. pag. m. 32. Lanf. in orat. contr.  
 Ita. pag. m. 649. Et quid miraris? cum & de vitis corporis hoc so-  
 lutum videamus, sicut ejus exemplum, ut ridiculum ita & iniquissi-  
 mum Eberh. a Weih. d. c. 4. n. 60. pag. m. 47. ex Gilbert. Cognat.  
 lib. 1. narrat, recenset de portitore quodam, qui conduxerat portori-  
 um ad amnem, quæ pons transtrum prebebat, hac conditione, ut illac  
 iter facientes singuli de singulis vitis per solverent nummum, cumque  
 advenisset quidam scabiosus, portorium constitutum recusans, porti-  
 tor pignoris loco ei detraxit pileum, visoque tunc in calvitie altero vitis  
 Alopecia, duos petiit nummos. Id quod iterum viator renuit ac lucta-  
 ri incept; cum vero a validiore altero prostratus fuerit, recta veste  
 etiam

d

etiam

etiam conspecta HERNIA. Tres igitur dixit portitor jam nummos peto,  
quis ille, qui unicum recusaverat, tum numerare, coactus fuit. Hodie  
& quo quae solent in verba Magnif. Dn. Stuck. part. i. conf. 22. n. 240.  
pag. m. 780.) bonis privatorum inhiantium malitia multis in locis  
non est perventum, ita ut quo plures quis novos tributorum modos,  
sinus ac nova prae dandi vocabula excogitari possit, eo acceptior &  
magis gratus Dominis locorum reperiat. Hisq. solemne est, ut princi-  
pibus persuadeant, collectas institui posse sine injuria sine damno sub-  
ditorum, & nullum ex iis fore, qui non hilari vultu & summo cum  
gaudio tributum impositum solvat, Eberh. a Weih. d. tr. c. 6. n. 13. pag.  
m. 66. Ecquae hinc hac nostra tempestate novarum exactionum non  
adinventa Ilias? Ecquae tributorum myriades non excogitatae? vid. Dn.  
Klok. de contrib. c. 1. n. 159. pag. m. 20. ita ut Pyrrhicam, quam  
cum stupore totius Germaniae coram D. Maximiliano Imp. saepe & diu  
representavit Illustriss. Jul. Cas. Scal. semet ipso teste lib. 1. Poetic. c.  
18. S. theatrales. facillig exhiberem, quam Iliadem extraordinariorum  
contributionum & munerum, catalogum navium Homericarum non  
parum superantem enarrarem, sic ut vere asserat, Magnif. Dn. Mun-  
diustr. de mun. hon. & onor. c. 3. n. 5. pag. m. 164. quod mirari, imo  
obstupescere potius, quam numerare illa liceat. add. Befold. de arar.  
c. 4. th. 1. n. 2. pag. 53. Mev. ad jus Lub. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 3. pag. m.  
305. Et na, plurima eorum, nescio quibus blandis vocabulis, ut subdi-  
diorum, subventionum, auxiliorum, adobe, relavii, non durioribus  
istis vectigalium, tributorum, impositionum &c. non impetrentur.  
Dn. Stuck. d. l. n. II. pag. m. 765. add. Eberh. a Weih. d. c. 6. n. 18.  
pag. m. 67. Ego, omisis jam omnibus aliis Contributionum speciebus,  
de CAPITATIONE paulo plenius in seqq. tractare constitui. Qua  
a. uti maximum & certissimum apud Romanos fuit tributum, ita  
ipso testante Lipsio lib. 2. c. 3. in pr. & med. de magnit. Rom. in mo-  
do tenebras & nubes suas habet, ac ideo eo magis, si humano more  
humanitus quid passus tuero, veniam mihi promitto. Ne vero illotis,  
ut ita dicam, manibus me operi ac cingam, l. i. π. de O. J. solenni illo Sa-  
cratissimi Imperatoris Justiniani pietatis Carmine: In nomine Domini  
nostri Jesu Christi ut ad alia omnia consilia, ita ad presentem qq.  
tractationem progredior. l. 2. C. De offic. Praef. Prat. Afr. Habet at igitur.

CAPUT I.

## CAPUT. I.

*Generalia quædam de Muneribus eorumq;  
Divisione.*

## I.

Latifundia juris nostri Civilis perlustrantibus nobis, variæ occurrunt methodi, Jctis in pertractandis rebus familiares. Videmus n. illos aliquando a simplicioribus & facilioribus, ut in §. 3. *f. de legat.* aliquando a vetustioribus, ut in §. 11. *f. de R. D.* aliquando a dignioribus, ut in §. *fin. f. de f. N. G. & C.* aliquando a toto ad partes, ut in *l. 1. pr. π. si pars her. per.* aliquando ab universitate ad res singulares, ut in *l. 1. pr. π. de R. V.* aliquando a singulis rebus ad universitates, ut in §. *fin. f. per quas pers. cuiq. acq. & l. 1. pr. π. ad Sc. Trebell.* aliquando ab eo quod est in solidum ad id quod non est in solidum, ut in *l. 1. pr. π. de pecul.* aliquando deniq; a genere procedere ad species, ut in *l. 2. π. de reb. cred.* Quæ methodus cum omnium aptissima videatur, argumentum q; a genere ad speciem non probabile modo, sed etiam necessarium. Nic. Eberh. in *loc. leg. loc. 6. pr. pag. m. 62.* non videtur Mæandris effodiendis operam dare, aut sudorum impendere Dædaleæ extruendæ fabricæ qui de muneribus aliquid præmittit, utpote quæ pro genere agnoscit Capitatio, & consequenter generalia nonnulla attributa munerum communia habet.

## II.

Sumitur autem vocabulum illud MUNUS tripliciter, & quidem (1) pro dono; idq; iterum vel late sive cum causa sive sine causa *l. 18. π. de V. S. vel* anguste pro dono ob causam facto *l. 149. d. 2.* In priori significatione Munus est quasi genus doni *d. l. 18.* In posteriori est species doni. *d. l. 149. l. 6. §. 3. π. de offic. procons. & leg.* Unde sæpe in legibus *Domum & Munus* separantur. *l. 6. §. 2. π. ad L. Jul. repet. l. 37. π. de oper. libert. l. 53. de V. S. Willenb. ad tit. π. de V. S. disp. 8. §. 1. n. 9. pag. m. 43. add. Petr. Gregor. (cui per ignorantiam nomen Tholosani inditum esse, notavit Dn. Gerh. Feltm. tr. de jur. in re & ad rem c. 3. n. 34. pag. m. 34.) lib. 28. Synt. jur. c. 7. n. 4. pag. m. 547. (2) pro officio. *l. 14. π. de mun. & bon. ut Confu- latu, prætura, iuridicina &c.* Quo modo præter alios autores etiam*

in extremis constitutus Funceius usus est eleganti & fatali illo disticho:

*Disce meo exemplo mandato munere fungi,*

*Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.*

Richt. *axiom. pol. 14. pag. m. 39.* (3) pro onere; quo in significato & nos his illud accipimus, estq; autore Marciano, onus civile vel publicum (vid Dn. Hahn. *ad Wesf. tit. de mun. & hon. n. 2. pag. m. 374.* Perer. *ad tit. C. quemad. civ. mun. ind. n. 1. pag. m. 133.*) quod necessario subimus lege, more imperiove ejus, qui jubendi potestatem habet. *l. 214. de P. S.* Distingvit hoc iterum Callistratus in *l. 14. §. 1. π. de mun. & hon.* in publicum & privatum. Cui non adversatur Arcad. Charesius in *l. 18. §. 28. eod.* qui omnia munera, civilia seu publica appellari refert; observandum enim, publicum aliquid dici vel ratione *causæ efficientis*, cujus respectu omnia munera eo quod publica autoritate imponantur, publica dici possunt: vel ratione *finis utilitatis*, quæ si ad singulos spectat, munus habetur privatum, sin ad totam universitatem, publicum efficitur munus. Dn. Eckolt. *ad. d. tit. π. §. 3. pag. m. 1423.*

### III.

Sunt alias hæc munera alia *Personalialia*, alia *Patrimonialia* alia *Mixta*, *l. 1. §. 1. l. 18. pr. & §§. 1. 26. 27. d. tit. de mun. & hon.* Personalialia sunt, quæ animi provisione & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento h. e. sumtu perpetrantur. *l. 1. §. 3. l. 3. §. & d. l. 18. §. 21. d. tit. ibiq;* Dn. Struv. *©. 60. pag. m. 1017.* Patrimonialia (quæ & *Realia* appellantur, quod ex intrinseca ipsius rei qualitate dignoscantur. Hahn. *d. l.*) sunt, quæ sumtibus patrimonii & damno administrantis expediuntur. *d. l. 18. §. 18. ibiq;* Wesenb. *n. 3. pag. m. 1014.* Idq; tripliciter. Vel enim imponuntur personæ tantum, nulla habita contemplatione patrimonii, ut est tributum vel census qui solvitur per capita, Reink. *de R. S. & E. d. 1. cl. 5. c. 4. n. 139. p. m. 183. ibique allegati*: Vel imponuntur personis pro rebus, seu habita contemplatione patrimonii: vel deniq; indicuntur ipsi rei nulla habita contemplatione personæ, unde etiam mere patrimonialia vocari solent. *l. 6. §. fin. & d. l. 18. §. 21. &* hac ratione triplici iterum considerantur modo; vel enim (1) ipsi rei de eo quod faciendum in ipsa re, seu de re ista indicuntur. Quo modo



modo reale onus est in hospitatio. l. 3. § 14. d. t. Hahn. ad rit. π. de  
conf. n. 4. pag. m. 587. Dn. Struv. d. l. ⑥. 66. pag. m. 109. Vel (2) im-  
ponuntur rei super eo, quod ex re percipitur, ut nim certa por-  
tio fructuum ex fructibus rei præstatur, vid. l. 9. C. de susc. præpos &  
arcar. vel (3) indicuntur rei de eo, quod extra rem præstandum, ut  
quando certa pensio pecuniæ annuatim præstatur. Hahn. d. pag.  
574. Klock. de contrib. c. 2. n. 20. pag. m. 49. Notandum vero, rea-  
le hoc munus extra rem differre ab illo, quod personæ pro rebus  
imponitur, quod hic obligata sit persona ratione rei in universum,  
seu quoad omnes patrimonii res arg. l. 46. §. 3. de jur. ffc. l. 1. C. in quib.  
caus. pign. illic autem tantum affecta & obligata sit res particula-  
ris, propter quam pecunia solvenda. l. 7. de vectigal. arg. l. 19. de  
jur. ffc. Klock, d. l. Mixta munera deniq; sunt, quæ & personæ  
operam & sumtus gerentis volunt. d. l. 18. §. 26. & 27. Wissenb.  
ad tit. eund. §. 16. pag. m. 111. adeo ut duo hic ad constitutionem  
oneris mixti requirantur, personæ sc. industria & sumtus, quo-  
rum alterutrum si abest, mixtum haud recte vocatur, utpote quod  
ex duobus constare debet extremis miscibilibus seu simplicibus  
ex quibus mixtum esse dicitur. Unde etiam patet, non recte Ca-  
pitationem a Georg. Mund. d. tr. de mun. bon. & oner. c. 4. n. 1.  
pag. m. 206. neq; collectam a Bocero tr. de jur. collect. c. 7. n. 10.  
pag. m. 101. inter munera mixta referri. Dn. Struv. d. l. ⑥. 65. pag.  
m. 108.

#### IV.

Putant quidem Natta tom. 1. conf. 160. n. 6. pag. m. 135. & conf.  
149. n. 4. pag. m. 123. Tessaure Dec. 149. n. 5. pag. m. 273. Gail. 2. O. 52.  
n. 10. pag. m. 385. Schonb. ad π. disp. 25. ⑥. 30. pag. m. 760. & alii, quos  
refert & sequitur Bocero d. l. pag. m. 102. collectas formaliter esse  
onera personarum, materialiter rerum, ac ita mixtas. Ast Cervotina  
hæc est opinio (nam falsa opinio cervotina dicitur, eo, quod  
Cervotus Accursii filius glossas legibus contrarias faciebat) quod  
forma hujus oneris sit in personis, materia in rebus. Quid enim,  
si demus formam collectarum consistere in respectu illo personæ,  
absurdum sane hoc inde sequeretur, quod respectu illo sublato

A 3

(ut

Cut fieri potest e. g. si quis sponte bonis cesserit, ab onore hoc utiq; liberatur, sicuti re destructa jus, quod in ea re erat, tollitur. 4. §. 1. π. de cens. seu ut usufructus petit re perempta vel flumine occupata. l. 24. pr. quibus mod. usufr. Petr. Greg. Syn. jur. univers. lib. 3. cap. 7. num. 2. pag. m. 60. inf. Hahn. ad Wesenb. tit. de O. & A. num. 9. pag. m. 421.) forma etiam collectæ periret, sicq; porro ipsa collecta. Alii, imo plurimi Dd. hæc alio ac diverso modo explicant. Dicunt n. munus personale, quod ratione personæ, reale, quod ratione rerum, & quod utriusq; intuitu indicitur, mixtum vid. Boccr. d. cap. 7. num. 101. & Dd. præ alleg. add. Rosenth. de F. cap. 5. concl. 72. num. 2. pag. m. 201. Wesenb. ad d. tit. de mun. & hon. num. 5. pag. m. 1015. Quæ tamen acceptiones ut a jure nostro profus alienæ, ita in explicandis legibus non tantum usum nullum habent, sed etiam maximis eas involvunt difficultatibus, videnturque Dd. illi falli in eo, quod nudum personæ interventum in munere reali statim mixtum constituere, autument. Quia ratione nulla realia, aut omnia contra manifesta juris principia, munera mixta forent, quia licet quandoque rebus tantum munera imponantur. l. 7. de publican. l. 19. de jur. fife. omne tamen reale munus isto sensu Dd. personæ in hæret saltem subjective, rebus vero tantum objective. Quod si itaque in altero extremorum ejusmodi absurdum occurrit, idem in illo, quod mixtum hoc sensu vocant, occurrere necesse est. Unde manet ex natura objecti deducendum potius esse, an munus sit mixtum, utpote cujus simplicitas arguit simplicitatem muneris. Sicut enim unitas multitudini, ita simplicitas opponitur compositioni. Atque sic ex concursu objectorum realis & personalis, hoc est, ex conjuncta simultanea præstatione sumtuum patrimonialium & ministerii corporis vel laboris animi, mixtio muneris fluit. Alterutro horum deficiente, necesse est, ipsum etiam deficere munus mixtum, vid. Klock. de contrib. cap. 2. num. 21. pag. m. 49. Heig. part. 1. quæst. 17. num. 31. 32. pag. m. 244.

## V.

Interim vero, cum necessitas Reipublicæ alia sit perpetua, alia obveniens, Dn. Struv. *d. l. 1b. 70. pag. m. 1021.* munera quoque alia sunt Ordinaria, alia Extraordinaria. *l. 5. C. de annon. & trib. l. 10. de mun. patrim. l. 8. §. 3. de vac. & exc. mun.* Illa specialiter Indictiones appellantur. *l. 1. C. de indict.* Hæc vero modo extraordinariæ indictiones *d. l. 10. C. de mun. patr.* modo superindictiones. *l. 1. C. de privil. dom. Aug.* modo perissochorogia, i. e. supererogatio. *l. 2. C. de frum. Alexandr.* modo aliter appellantur. vid. Boccr. *tr. de regal. c. 3. num. 200. pag. m. 205. seq. add. Mund. d. tr. c. 3. num. 7. seqq. pag. m. 165.* Quæ vero Ordinaria munera, quæ item Extraordinaria, explicatu difficile apparet, dissentientibus in definiendis iis maxime Doctoribus, quorum si communia sequamur, vestigia, collationes dictæ omnes ordinariæ, nullæ earundem extraordinariæ erunt appellandæ, quod & in specie placuit relatis a Petr. Heig. *d. l. & Boccr d. c. 6. num. 12. pag. m. 67.* Est enim isthæc eorum regula ex *l. 1. C. de indict.* omne munus, ut maxime initio fuerit extraordinarium, ordinarium tamen esse & statim fieri, postquam superioris autoritate lege facta sic fuerit indictum. Verum hanc ipsam eorum regulam allegata *l. 1. omnium* minime comprobatur, utpote quæ tantum vult, voluntatem Principis lege declaratam, extraordinaria in ordinaria convertere posse. *L. mn. 4. f. P. 7. n. 59. pag. m. 85.* Ut autem a posse ad esse ex notissima Logicorum regula, non valet consequentia, sic non sequitur, hic in *d. l. 1.* ex extraordinario factum ordinarium, ergo idem dicendum de omni extraordinario: tum quia *d. l. 1.* non de omni munere extraordinario, sed de certo quodam & speciali loquitur, ut arbitratur Cujac. *ad d. l. 1. pag. m. 252.* tum quia voluntas Principis speciali constitutione de eodem munere fuit declarata, quod deinceps debeat esse ordinarium. At vero ubi in Recessibus Imperii & publicis extat legibus, alia munera & præcipue illa, quæ antea extraordinaria, ordinaria esse effecta? nullibi, ut memini. Unde concludo, horum cum nomen mutatum a lege non fuerit, antiquum utique illis relictum, *arg. l. 27. C. de testam. & l. 5. C. de ann. & trib.*

## VI. Di-

Dico igitur, Ordinaria munera ea esse, quæ ex lege vel consuetudine certam sive quotannis sive casu determinatam emergente recurrentem, statutam seu regularem habent præstationem. Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. cap. 4. num. 140. pag. m. 283. Limn. d. cap. 7. num. 60. pag. m. 85. Hujusmodi sunt tributa, quæ ordinarie annuatim in certa quantitate præstantur; item, Der Anschlag des Römer-Zugs; refectio viarum, pontium reparatio, susceptio hospitum & militum. l. 27. §. 3. de usufr. l. 7. C. de SS. Eccl. l. 12. l. 14. §. 2. de mun. & bon. jung. Eckolt. ad r. tit. cod. §. 8. p. m. 1425. Quæ omnibus, quamvis quotannis locus & occasio non detur, perpetuam tamen illa causam habent. h. e. obligationem certam; quæ vero causam actu vel potentia perpetuam habent, perpetua esse, licet non fiant assidue, constat ex Arist. l. 1. post. anal. c. 7. quem allegat Limn. d. l. n. 61. Huc spectant quoque Contributiones Statutum zu Unterhaltung des Cammer-Verichts. Quæ contributio, utut initio temporaria fuerit & extraordinaria visa, R. A. de 1544. So viel das Recht. pag. m. 305. R. A. de 1548. §. Die weil auch pag. m. 320. postea tamen perpetua facta. C. D. p. i. tit. 42. seqq. p. m. 445. & ordinaria, R. A. de 1566. §. Damit auch. pag. m. 565. Extraordinaria munera sunt, quæ extra ordinem propter imminentem necessitatem a superiore indicuntur. Hahn. d. tit. de mun. & bon. n. 2. pag. m. 574. Rosenth. de F. c. s. concl. 72. n. 3. pag. m. 201. quæ perpetuæ non sunt, sed tamtiu durant, quamdiu necessitas, quæ easdem invexit. Limn. d. n. 60. Hujusmodi est collecta Turcica, die Türcken Steuer, quam & jura nostra feudalia, & Justinianeæ appellant extraordinariam collationem ad felicissimam expeditionem numinis Cæsarei exhibendam. 2. F. 56. §. l. 2. C. quib. mun. vel præst. nem. lic. se exc. 10. 48. Speidel. voc. Reichs-Anlag. pag. m. 769. Neque obest, quod lege Imperii, puta Recesibus Imperialibus indicatur, indeq; ordinariam non extraordinariam dicendam, ut vult Bocer. d. c. 6. num. 15. pag. m. 70. item Eckolt. d. l. per l. 5. C. de ann. & trib. l. un. C. de vocat. publ. mun. Non enim sufficit hoc, sed insuper necessum, Collectas Imperii lege indici solitas certo tempore & modo recurrere, ut pro ordinariis haberi debeant. Wurmfs. exerc. acad. th. 2. pag. m. 240. Jam vero perpetuam obligationem

non

non habent, sed causa emergente, antequam Turc. ea introducatur, de eadem in Comitibus Statuum exquirendus consensus, ut ipse Bocer. *d. tr. c. 2. n. 8. 9. pag. m. 20.* concedere tenetur. Quo tamen ipso opus non foret, si ordinaria esset ex obligatione perpetua.

VII.

Ceterum vero extraordinariis hisce muneribus non nisi subditos gravari posse, volunt Dd. *per l. 6. §. ult. de mun. & hon. vid. Burlat vol. 1. conf. 16. n. 31. pag. m. 89.* Idq; pro omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus, ex quibus fructus & quæstus percipitur. *l. 4. §. π. de cens. l. 10. pr. π. de vac. & exc. mun. l. 27. §. 3. de usurf. late Rol. a Vall. vol. 1. conf. 66. num. 17. pag. m. 256. seqq.* Excipiuntur hinc (1) prædia sterilia. *l. 4. §. 1. π. de cens. Natta tom. 2. conf. 418. num. 7. pag. m. 117.* (2) pecunia otiosa. *Myns. dec. 15. R. 1. num. 29. p. m. 46. Koll. a Vall. d. pag. 256. num. 18.* (quam tamen, cum potentia fructificans sit, & sola avaritia non tam domini quam servi sui, qui ei obnoxius, contra naturam sterilis & usus fructusq; exors jaceat, recte quoque ad catastrostrum tributorum referendam autumo.) (3) Ornamenta, ex quibus sola pompa nec ulla realis commoditas quæritur, ut sunt catenæ, annuli aurei, margaritæ &c. *N. A. zu Speyer. de ann. 1542. §. Doch sollen. pag. m. 269. & de an. 1544. §. Doch sollen. pag. m. 297* (Cum vero & æquum sit, ut unde privati ornatiores esse volunt, Respublica sublevetur, tum etiam quia ad reprimendum fastum facit, placet & hæc censi submitti posse. Concordant cordati Politici, nec pium magis nec Respublicæ utilius, nec erga sustinentes justius esse onus, quam quod rebus, quibus homines ad luxum factumq; utuntur, imponitur. Ideoq; non tam usus eorum sine fructu ac onere immunis esse debet, quam ut per tributa usus eorum ab abusu vindicetur, & in quo illi opibus abutantur, ex his usum tamen habeat Respublica. Vid. Matth. Wesenb. J. Cti Sen. e Filio nepos in *cyvof. liurg. de Subsid. necess. publ. ser. concl. 4. num. 15. pag. m. 82.*) (4) Incerta nomina, quorum exactio desperatur, *Nidier dec. 70. n. 64. pag. m. 32.* quia is, qui hujusmodi tantum nomina habet, non solvendo esse dicatur. *Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 6. n. 139. & 146. pag. na. 212. 214.* Excipiuntur quoque a nonnullis merces mercatorum, late *Cravett. Conf. 497. n. 2. seqq. p. 356.* Quorum opi-

B

nio

quo quædam licet præ se ferat æquitatem, in puncto tamen juris  
defendi nequit, nec in praxi servatur. vid. Menoch. *Conf.* 9. per  
tot. pag. m. 91. seqq. Mev. *ad jus Lub.* part. 2. tit. 3. art. 2. num. 36.  
seqq. pag. m. 307.

## VIIII.

Ut autem res quædam munerum onere excipiuntur, ita etiam  
personæ nonnullæ eorum immunitate gaudent. Et sunt (1) Pau-  
peres. l. 4. §. 1. & 2. π. de mun. & hon. l. 4. l. ult. C. de his qui num.  
lib. vel paup. exc. merc. (2) Forenses. Natta tom. 1. *conf.* 106. num. 8.  
pag. m. 134. Hi enim quia nec honores nec commodaloci perci-  
piunt, nec collectis onerari debent. (3) Doctores. l. 6. C. de Pro-  
fess. & Med. add. Mynf. *dec.* 15. R. 1. n. 37. p. m. 48. Vix autem est, quin  
hic intelligendi pedanei illi Doctorelli, qui otio stertunt & Reip.  
nec volunt nec possunt inservire, arg. §. 6. J. de J. N. G. & C. Petr.  
Lenander de privil. *Dd.* part. 1. num. 48. die des Macherlohns nicht  
werth seyn/ut loquitur Lansf. de acad. *lit. n.* pag. m. 85. (4) Clerus  
l. 5. C. de SS. *Eccl.* c. 2. §. 2. 3. 4. c. non minus. c. adversus. X. de immun.  
*Eccl.* late Petr. Greg. 3. de Rep. 7. per tot. pag. m. 62. seqq. (5) Pa-  
rentes 12. aut. 16. liberorum. l. 5. §. 2. de jur. immun. vid. Bocer. *d. tr.*  
de collect. c. n. 5. seqq. pag. 175. seqq. & imprimis Klock. de contrib.  
c. 13. num. 80. seqq. pag. 311. (6) Nobiles & alii dignitate pollentes,  
secundum Tiraq. de Nobilit. c. 20. n. 108. pag. m. 86. de quibus & late  
Mynf. *d. R. 1. n.* 44. 48. seqq. pag. m. 48. 50. Dissentit. recte Ægid. Tho-  
mat. *tr.* de collect. §. exactis. u. 12. pag. m. 35. seqq. add. Klock. *c. 15.*  
sect. 1. num. 14. pag. m. 317. (7) Illi quibus vocatio munerum a Prin-  
cipe per speciale privilegium nominatim est concessa. l. n. de vac.  
& exc. mun. l. un. C. de his qui a Princ. vac. acc. 10. 44. Quo  
addimus & (8) quod immunitas munerum legitima adquiratur  
præscriptione. vid. Winzl. in obs. *syn.* de coll. th. 18. pag. 31. Bocer.  
*d. l. n.* 61. pag. 206. Eckolt. *ad tit.* π. de jur. immun. §. 6. pag. m. 1431.  
Dissent. Thomat. *d. l. n.* 26. pag. 361. seqq.

## IX.

Ceterum, nec pro lubitu ac placito, sed demum ob publicam  
necessitatem & gravissimas causas munera extraordinaria indici  
possunt. Thomat. §. ne scienter. num. 3. pag. 392. Welf. *conf.* 45. n. 16.  
pag. 1. 28. Heig. p. 1. q. 18. n. 23. pag. m. 250. Solent autem hæc inter  
cau-

causas referri I. necessaria patriæ defensio. II. captivitas Domini,  
III.ürgens solutio aris alieni. IV. murorum & maniorum refe-  
ctio. vid. l. 3. C. de quib. mun. rem. lic. se exc. 10. 48. V. etiam elo-  
catio filia in matrimonium, uti id communi Dd. voto & Germa-  
niæ consuetudine receptum esse, testantur Wahr. ad Ehbrenb. d. tr.  
de regn. subsid. ac oner. sub d. c. 4. num. 13. pag. 39. Myns. 5. O. 21. n. 4.  
pag. m. 354. add. Befold. de arar. c. 4. ibi. 2. n. 2. pag. 56. Id quod ve-  
rum quidem, multis Germaniæ locis fieri, sed vel subditis sponte  
consentientibus, vel ex consuetudine & conventione. Nec con-  
suetudinem hanc generalem esse, patet vel ex unico præjudicio  
obtentio anno 1590. in causa Hanau/ contra Hatgau/ Rosenthal.  
de F. c. 5. concl. 77. sub lit. c. pag. m. 206. ubi & se oculis suis vidisse  
asserit, quod multorum Ducum subditi hoc casu quidem contri-  
buerint, sed solum precario, indeq; ejus rei Principes illis testimo-  
nium sub sigillo præbere debuerint. Utut vero sit, generaliter hic  
interim venit observandum, quod in indicendis extraordinariis  
muneribus (1) eorum debeat esse proportio cum necessitate vel  
causa, propter quam indicuntur; ita nimirum, ut non sit majus,  
cui populus exponitur & quod patitur ex solutione talium mune-  
ram, quam illud, quod timere posset, si ad eam necessitatem ita  
non contribueret: (2) ut observetur æqualitas, nec aut odio aut  
ex gratia hi sublevantur, ii deprimantur. l. 4. C. quem adm. civ. mun.  
ind. 10. 42. (3) ut moderate temperentur, propter seditiones, quæ ex  
immoderata exactorum licentia oriri solent. Heig. d. q. 18. n. 11. p.  
252. (4) Ut non qui valor cujusq; rei sit, sed quid fructuum inde per-  
cipi queat, spectetur, Dd. apud Bocer. de coll. c. 12. num. 11. pag. 228.  
Ac postea nullum alium in usum quam cujus nomine iudicta sunt,  
convertantur, vid. art. 17. Capitul. Leopold. add. Hippol. a Lapid.  
de rat. Stat. p. 1. c. 12. sect. 2. pag. 258. seq. causaq; eorum sublata, ipsa  
quoque relaxentur ac quiescant, vid. Joann. a Chockier apb. pol. 2.  
c. 10. n. 7. pag. 218. add. Bocer. d. tr. c. 13. per tot. pag. m. 233. seqq.  
Mev. ad jus Lubec. p. 2. tit. 3. art. 3. num. 26. seqq. pag. m. 314. seqq.  
ubi varias executionum vias contra morosos tributorum debito-  
res exhibent.

*Etymologia, Homonymia ac Synonymia  
Capitationis.*

## I.

**P**remissis præmittendis hisce generalioribus, ordinis ratio vult, ut jam paulo specialiorẽ Capitationis meditemur tractationem. Id quod a definitione ordinis, utpote quæ in quacunque re explicanda potissimum attendenda, tanquam materiæ tractandæ naturam & affectiones breviter exponens; ut nonnulli eam tractare legi divinæ contrarium superstitiose existimeant, teste Rutg. Ruland. *in tr. de commiss. l. 1. c. 3. n. 1. 2.* Priusquam vero ad ipsam definitionem realem descendamus, pauca, ne receptæ hæcenus methodi leges susq; deq; habere videamur, de Capitationis notatione, ejusq; varia acceptione ac diversa appellatione apponere e re erit. *arg. l. 1. π. de reb. cred. l. 1. §. 1. de pact.* non quasi velimus verbosum extruere commentarium, sed quod in omnibus rebus deprehendamus id perfectum esse, quod ex omnib; suis partibus constat. *l. 1. π. de O. 7.* Dicitur igitur Capitatio a *Capite*, synechdochice hoc sumto, pro ipsa nimirum persona, quæ onus hoc sustinere debet; indeq; &, duplex cum caput sit, alterum Naturale, quod est potissima pars corporis humani, sine qua vita hominis consistere nequit, propter cerebri & cordis consensum; alterum Civile, quod est status seu conditio hominis in libertate, civitate & familia consistens, Dn. Carpz. *in cirmin. q. 102. n. 4. §. 6. pag. m. 9.* naturale quin hic intelligatur, nemo non intelligit; Civile enim non modo in jure, sed & apud Veteres Spiegel. *in lex. jur. voc. caput.* sumitur tantum pro Statu. Hinc capitis diminutio nil aliud, quam prioris status mutatio, *l. 1. inf. junct. l. 3. §. 1. ult. π. de cap. minut.* quanquam & capita diminuta pro capitatio- ne capi, velit Alciat. *in l. un. C. de colon. Thrac. pag. m. 210.* allegans Pacatum in *Panegy.* Quid memorem capita diminuta, & vitam ære taxatam?



Sed etymy indagacionem relinqvendes, ne scda nominum & rerum sequatur confusio. *l. ult. C. deleg. tit. accuratori pupillo vocis Homonymiam nunc placet intueri.* Sumitur itaqve Capitatio (1) pro tributo capitis, ut *in l. un. C. de cap. civ. cens. exim. l. un. C. de colon. Theod. l. 1. C. ne rust. ad ull. obseq. l. 3. l. ult. π. de cens.* in qua significatione & nos illam accipimus. (2) pro censu annuo ipsiis prædiis imposito, ut *in l. 9. C. de act. emt. vend.* ibiq; Donell. *num. 2. pag. m. 387.* (3) pro præstatione, quæ in capita animalium inferri solet. *l. 2. C. de immun. nem. conc.* ibiq; Gothofr. *in nor. lit. m. conf. l. 5. C. Theod. de itin. mun. fac.* ubi Imp. Honorius & Theodosius, antiqvatis omnibus vel personalibus re scriptis vel per annotationes elicitis, possessores & reparationi publici aggeris & ceteris ejusmodi muneribus pro jugorum numero vel capitum, quæ possidere noscuntur, adstringi jubent, (4) pro tributo, quod pro capite Magistratum, Adessorum vel aliorum dabatur. *gl. in rubr. C. de annon. & capit. administr.* Quod tributum etiam in capitibus consistebat, & erant boves, porci saginati, verveces pingves &c. vel etiam pabula necessaria pro equis mulis & camelis, quibus judices & Assessores vehebuntur, Ernest. Cottman. *ad d. t. C. de ann. & c. n. 2. pag. m. 335.* Hinc in *l. 9. C. de jur. ffe.* alimenta pecorum vel pabula, sunt capita, sumtus familiæ, annonæ. Cujac. *ad d. iii. C. de ann. & c. pag. m. 23.* Facit huc locus Amm. Marcellini *l. 22. circ. pr.* ubi luxum militum Romanorum ita describit: Evenerat iisdem diebus, ut ad demendum Imp. capillum tonsor venire præceptus introiret ambitiose vestitus. Quo viso Julianus obstupuit, Ego, inquit, non Rationalem sed tonsorem accersiri jussi; Interrogatus tamen ille, quid haberet ex arte compendii? vicinas diurnas respondit, annonas, totidemq; pabula jumentorum, quæ vulgo dictitant capita, & annuum stipendium grave absq; fructuosis petitionibus multis. *add. l. 7. & 8. C. Theod. de erogat. annon. milit.* Deniq; (5) Capitatio sem Capitus, Welenb. *ad d. t. C. de ann. & c. n. 1. pag. 62.* designare etiam videtur jus Domini, quod in aliquo tanquam suo censito habet, Boccr. *d. r. de jur. coll. c. 7. n. 4. p. m. 100.* allegans hanc in rem. *l. ii. l. 16. C. de Episc. & Cler. l. 9. C. de agric. cens. & colon.*

## III.

Et, ne etiam Capitationis Synonymia oculis nostris fugam  
 suffiretur; non enim vocabulum hoc adeo solum, ut sine Syno-  
 nymis pervastum juris opus spatietur, tenendum, quod alias vo-  
 citetur tributum capitis. *l. 3. de cens. pecunia pro capitibus. l. f. §. 8.  
 de mun. & hon. capitalis necessitas. l. 12. circ. f. ibiq. gl. C. de exc.  
 mun. 10. 41. item capitalis illatio. l. 23. C. de agric. cens. colon. 11. 47.  
 capitularia functio. l. 14. C. Theod. de extraord. sive sord. mun. Ab  
 Appiano, teste Klock. de contrib. c. 12. n. 76. pag. 278. dicitur tribu-  
 tum corporum, & a Petr. Greg. 3. synt. jur. univ. c. 5. n. 10. pag. m. 59.  
 vectigal capitale? ab Hildebrand. in antiquit. pag. m. 52. vectigal  
 Capitarium. Joannes Baptista Costa in de Quota & Rata quest. 103.  
 n. 3. pag. 213. eam vocat taleam impostam pro rata capitem, sicut  
 nostrates taleam (utut Boer. dec. 60. n. 3. pag. m. 161. scribat talia,  
 & dec. 126. n. 1. pag. 276. ac passim tallia) vocant a talea quæ lignum  
 quadratum ac tesseram significat, quod ex censu a possessoribus  
 per partes æquo juro exigatur, Max. Faust ab Abschaffenb. in ratio-  
 nario mundi. el. 14. conf. 97. ord. 1045. pag. m. 608. Germanicæ dicitur  
 Kopff-Steur/ Haupt-Steur/ Kopff- Geld/ Haupt- Geld/  
 Personen- Geld/ Speidel. in not. jur. - hist. pol. lit. H. n. 48. pag. m. 473.  
 Græce ἐπι κεφαλῆς, Keckerm. l. 1. Syst. pol. c. 21. pag. m. 341. Hely-  
 chio vero & Aristoteli ἐπι κεφαλῆς. Ciceroni autem ad Attic.  
 l. 5. ep. 16. dicitur per ἐπι κεφαλῆς. Will. ad tit. π. de V. S. d. f. 11. th. 1.  
 n. 6. p. m. 61. Gallice vocatur Taille, Cujacius (& ex eo Meier. in coll.  
 Argent. tit. de cens. n. 6.) ad rubr. C. de arg. & colon. lit. g. p. m. 375. Qui  
 & ad rubr. C. de annon. & trib. pag. 247. sequutus Tertullianum,  
 eam appellat Stipendium, imo ut plerumque Stipendium pro tri-  
 buto capitis accipi, asserit Max. Faust ab Abschaffenb. cl. 1. conf. 2.  
 ord. 2. pag. 2. Olim dicebatur Censur, Gail. 2. O. 52. n. 2. pag. m. 284.  
 Reinh. Condit. in spec. fid. polit. c. 9. n. 2. pag. m. 150. sicut & in l. f.  
 §. 8. de mun. & hon. dicitur census capitis: ac a Gunth. lib. 4. Ligur.  
 vers. 521. Capitolitia summa, & lib. 8. vers. 579. capitolitius census  
 Mund. d. tr. de mun. hon. & oner. c. 2. n. 114. pag. m. 87. jung. Frid.  
 Martini de jur. cens. c. 1. num. 3. seqq. pag. m. 18. seqq. Verum ne  
 verbosa saltim nostra fiat Disputatio pr. 1. quod cum eo, qui in al. pot.  
 gest. dic. sermonem in rem ipsam dirigenus. Sit itaque,*

CAP.

## CAPUT. III.

De

*Definitione ac Divisione Capitationis.*

I.

Remotis repagulis, quorum interventu sæpe hallucinamur, quin jam facilius thematis cognitio se præbeat, non dubitamus. Quamvis autem plurimi, quod in jure Definitiones ob facilem illarum interversionem valde sint periculosa. l. 202. π. de R. 7. plane omittendas eas autument, rectius tamen Cicerone aliisque Censoribus cuilibet materiæ præmittuntur, cum scribente Ottone de J. P. c. 1. fax sit & anima totius tractationis. Id quod & nos animo reputantes, Capitationem describimus, quod sit **Munus extraordinarium reale, quod per capita, non inspecta patrimonii quantitate constituitur.** Dico *Extraordinarium*; non enim certam quotannis recurrentem & regularem habet præstationem. Et video sane (sunt verba Petr. Heig. part. 1. qv. 17. n. 34. pag. m. 244.) rationem horum temporum cum superioribus non admodum convenire, ita ut quod ibi ordinarium fuerit, hic extraordinarium esse possit, & vice versa. Olim enim ordinarium id fuisse tributum, testes sunt Alciat. (quem male refutat Eberh. a Weihe d. tr. de regn. sub. sid. c. 5. n. 47. pag. 60.) in l. 8. C. de SS. Eccl. pag. m. 36. Stuck. conf. 22. n. 242. pag. 780. Reinh. Condit. in spec. fid. pol. d. c. 9. n. 6. p. m. 150. Joann. a Felden in element. jur. part. 5. m. 1. art. 2. n. 2. pag. m. 1086. Spiegel. in lexic. jur. civ. voc. *Capitatio*. p. m. 122. Et evincitur satis ex l. un. C. de capit. civ. cens. exim. n. 48. utpote quo non opus fuisset remissione, cum extraordinaria munera cessante temporis necessitate, cessare quoque soleant; nam belli sævitia quod introduxit, pacis lenitas sopire debet. l. un. in. pr. C. de caduc. tollend. Mevius part. 4. dec. 33. n. 13. pag. m. 58. Dico *Reale*. Sumtibus enim patrimonii hoc expedire debet; in deq; & Dd. illos errare jam supra asserimus, qui munus, quod ratione personæ, indicitur, personale dicunt. Ac quod si concedatur Capitationem personale, hoc

mo-

modo, munus, aliud esse ab eo, quod indicitur rebus, manet tamen, illud personale omne esse rei veritate reale, & æquivoce saltem personale vocari, illamq; esse non muneris divisionem in genere, sed subdivisionem muneris realis, legibus non probatam & utilitate carentem. Conf. Magnif. Dn. Zieglerum, J.C. Consummatissimum, Consiliar. Elect. Sax. Eminentissimum, Facul. Jurid. quæ hic est, Ordinarium &c. Patronum & Præceptorem nostrum summe colendum, *part. 2. de Jurib. Majestat. cap. 1. ib. 13. pag. m. 869.*

## II.

Definitionem sequuntur Divisiones; has enim esse inventas, ut faciant ad majorem rei declarationem, commodiorum & faciliorem perceptionem, memoriæq; ingeniosam reformationem, pulchre ait Mozz. *de mutuo art. 1. n. 3. 7. 8.* Capitationem autem esse variam, nemo inficias ibit. Alia quippe est animalium, nam & Romanis pro animalia olim quid solvebatur. *gl. in Nov. 17. c. 3. lit. b. add. l. fin. C. Theod. de collat. donat.* ubi expresse capitationis animarum sive humanæ & animalium fit mentio. Hinc etiam animales functiones in *l. 13. C. de ann. & trib. 10. 16.* ibique Cujac. *pag. m. 251. & in l. 13. C. de agric. cens. & colon. 11. 47.* ibiq; Cujac. *pag. m. 385.* Græce, *ψυχὰ ἀνωόσια.* Cujac. *d. pag. 251.* Quo referendum etiam vedetur tributum quod *inferenda* seu *infranda* vocatum, da derjenige der Vieh gehalten von jeder Kuh 2. solidos dem Gaugraffen zahlen müssen/welcher solch Geld dem fisco verrechnet. Max. Faust ab Alschaffenb. *d. cl. 1. conf. 25. ord. 83. p. m. 34.* Nec hodie infrequens, ut pro eqvo florenus, pro bove aratorio (ut hic, ne cultura agrorum impediatur, non facile detinendus aut executioni subjiciendus. *l. 7. & aurb. agricultores. C. quæ res ping. obl. non poss. l. 1. C. de agric. & cens. 11. 47.*) & vacca novem bacii, pro ovc, capra, &c. tres bacii solvantur. Mund. *d. tr. c. 4. n. 9. pag. m. 206. seq.* Ab hac vero plane, diversum Jus Capitale, das Haupt-Recht, da der Leibeigener, wann er ohne weibliche Kinder absterbt, seinem Herrn den dritten Theil seiner Güter und Vermögens hinterlassen muß. Menoch. *arb. qu. 230. add. Adam Keller de success. ab intest. ur. 27. n. 3. seqq.* In Haslia autem & circumjacentibus locis, teste Joh. Herm. Stamm. *tr. de Hominib. propr. c. 22. n. 7.*

Domi-

Domini tertiam bonorum partem non habent, sed defuncta propria Muliere, Domini preciosius vestimentum, & Viro proprio defuncto, Equus vel bos melior Domino debetor: so eine leibeigne Frau verstorbt/ fället dem Herrn gemeinlich das beste Kleid / und von dem Mann/ das beste Pferd oder der beste Ochß anheimb. Crusius *annal. Suevic. part. 3. lib. 10. c. 11. pag. 575.* sic & in Ducatu Brunsvicensi ac plerisq; aliis locis capit Magistratus paganus bovem, & pastor loci Gallum gallinaceum Hausshanens æditus v. ein Bratwurst/ Stuck. *in ex. Just. p. 1. dec. 8. assert. 6. sub. lit. e. pag. 331. in fin.*

### III.

Itaque alia est capitatio prædiorum. *l. 9. C. de act. emt. vend. Cujac. d. pag. 251.* quæ alias jugatio appellatur. *l. 9. C. de agric. C. col. 11. 47. Wes. in π. tit. de cens. n. 2. pag. 1025.* & cum annonaria capitatio fere convenire videtur. *vid. l. 1. C. Theod. de imponend. lucr. ar. 12. 4. add. Besold. de arar. c. 4. n. 18. vers. 3. pag. m. 89. Klock. de contrib. c. 17. n. 167. pag. 419. & de arar. l. 2. c. 80. n. 1. pag. m. 488. Max. Faust ab Alschaff. cl. 5. conf. 68. ord. 529. pag. m. 215. qui etiam cl. 10. conf. 5. ord. 815. pag. 502.* jugationem nomen exinde sortitam putat, quod jumenta capita vocabantur, quorum jugo uno quantum terræ arari potuit, id sub jugationis appellatione in descriptionem venit, ac tributariæ functioni subiectum. Diceretur a. sic & hæc capitatio a *capite*, non quidem ejus, qui præstat, sed eorum quibus ager colitur, Donell. *ad d. l. 9. C. de act. emt. vend. n. 2. pag. m. 387.* A Petr. Greg. *l. 3. c. 5. Synt. jur. univ. n. 12. pag. 60.* vocatur jugeralis exactio, & a Justiniano ipso ζυγοκέφαλον *Nov. 17. c. 8.* Petr. Frid. (cui etiam per ignorantiam nomen *Mindani* inditum) *lib. 2. de mandat. c. 45. n. 1. pag. m. 252.* quasi dicas jugo capitum, quasi jugatorum capitum; intelligit a jugerum, quia tantam quantitatem jugata capita duorum boum uno die arabant. *gl. in d. Nov. 17. lit. g.* Ast male hæc. Zygocephalum n. neq; animal neq; ejus caput jugo illigatum, neq; id quod juncti boves uno die exarare poterant, sed jugationem & capitationem simul significat. *vid. Jac. Gothofr. ad l. 2. C. Theod. de censu. 13. 10. vers. videamus pag. 117.* Sic in *l. 2. C. ut nem. lic. in coemt. spec. 10. 17. circ. med. dicitur: ενας τῶν κτηόρων προς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζευγῶν ἢ τοῖς ζευγαῖς κεφάλων*

γρονέ Φαλαῶν ὑποκείθω τῇ συνωνί μνηδενός αὐτῆς *b. e.* unusquisq; pro  
rata jugorum & capitum quæ possidet coemptioni subjiçiat, ne-  
mine excepto; ubi Gothofr. *in not. li. b.* ita: jugationibus alii, ju-  
gationibus & capitationibus seu jugerationibus alii metiuntur.  
Unde alii jugationem, alii jugationem simul & capitationem de-  
bent. add. Cujac. *in d. Nov. 17. pag. 559. & in d. l. 2. C. ut nem. C. c.*  
*pag. m. 260. seqq.* ubi esserit, quod quidam jugationem tantum,  
quidam ζυγοκέφαλα i. e. jugationem & capitationem præsent;,  
ac cum alii metiantur jugis, alii jugeris (sicut in Hispania inte-  
riore metiuntur jugis, in Campania versibus, in agro Romano &  
Latino jugeris Max. Faust ab Alschaff. *d. cl. 1. conf. 11. ord. 11. pag.*  
*13.*) aliud esse jugationem, aliud jugerationem. Ita & J. Gothofr.  
*d. l. in fin. pag. 118.* Cave juga a quibus jugatio & jugum jugeris,  
unde jugeratio confundas. Et sane si quid in re obscura judicii  
mei est, ego juga putem dicta terræ modum, cui colendo per an-  
num jugo bouum opus est: sicuti jugum, jugeris, quantum in die  
jugo bouum exerceri potest.

#### I V.

Sed alia jam est Capitatio Humana seu personalis, quæ per  
singula personarum capita, non inspecta patrimonii quantitate,  
constituitur. Besold. *de ar. ar. c. 4. n. 18. vers. 3. pag. 89.* add. Horat.  
Carpan. *in Statut. Mediol. vol. 2. c. 237. n. 11. pag. m. 130.* Et de hac  
in primis in sequentibus pluribus nostra aget disputatio. Alia est,  
quæ personis quidem imponitur, sed habito respectu ad ipsam pa-  
trimonium, de qua Mund. *d. tr. c. 4. n. 14. pag. m. 210.* variisq; Im-  
perii Recessus, ut puta Wormatiensis *de ann. 1495. tit. von gemei-*  
*nen Pfeningg. pag. m. 48.* quo præcipitur, das 4. Jahr alle Juden/  
Mann und Frauen/ jung und alt/ jeder einen Rheinschen fl. ge-  
ben/ und in einer jeden Stadt/ Marck/ Dorff oder Gegend dies-  
einwohnende Juden aufgezeichnet/ und ihnen auferlegt werden  
solle/ die Anzahl solcher Summen unter ihnen nach ihres jedes  
Vermögen und Gelegenheit anzuschlagen. Huic similis textus in  
der Ordnung des Regiments Max. I. *de an. 1500. tit. von der Juden*  
*Steyr. p. m. 42.* ubi itidē jubetur, daß ein jeder Juden Person sie  
sey jung oder alt/ jährlich 1. fl. geben und die reiche Juden de armē  
hirin zu statten kommen sollen. Et *in præced.* nemlich das allen  
und

und jeden. pag. m. 40. constitutum, das auch Knechte und Mägde von einem jeden fl. ihres Lohns jährlich einen 60. Theils eines Rheinischen fl. welche aber auf Gnade ohne bestimmten Lohn dienen/ jeder dennoch einen Schilling an Gelde geben solle. Sic etiam in Ret. Col. de ann. 1512. §. Und damit der Arme. pag. m. 84. habetur, das eine jegliche Person so unter 50. fl. wert hat/ wie wenig das wäre/  $\frac{1}{3}$  eines Schillings in Gold (deren zwanzig einen fl. machen) geben/ von den Kindern aber/ so sie in ihrem Brodt/nichts zu geben schuldig seyn solle. Wer aber 50. fl. bis 100. hat/ soll geben zwey Theil eines Schillings in Gold/ und vom jeglichem Kinde/ so sie in ihrem Brodt haben/ und zwölff Jahr/ oder drüber/ alt seyn/ auch  $\frac{1}{3}$  eines Schillings in Gold geben. Was aber 100. bis 400. fl. hat/ soll geben einen ganzten Schilling in Gold/ auch vom jeglichen Kinde/ in ihrem Brodt zwölff Jahr alt oder drüber  $\frac{1}{3}$  eines Schillings/ Dergleichen sollen auch alle ledige Personen/ die in Dienst sich halten/ geistliche oder weltliche/ auch Eheleute/ die nicht Kinder hätten/ ihrer jedes 1. Schilling in Gold geben. Wer aber 400. bis 500. oder 1000. hätte/ soll geben 2. Schillinge in Gold/ also das zwey Eheleute jegliches einen Schilling/ und vom jeglichem Kinde in ihrem Brodt zwölff Jahr alt oder drüber zwey Theil eines Schillings geben: ac sic porro, ita ut tandem ille der 20000. fl. oder darüber bis in 30. oder 40000. und also fürtaus 3. fl. und vom jeglichem Kinde unverändert/ es sey jung oder alt/  $\frac{1}{2}$  fl. geben solle. Postea in triennium constitutum, ut singuli absque sexus & divitiarum discrimine, qui ad SS. Synaxin admitti deberent, pro expeditione Turcica decimam partem aurei Rhenani solverent annuatim. R. I. de 1518. §. Und nehmlich/ add. Reidanum, seu potius ejus interpretem Dyonis. Vossium lib. 17. annual. Belg. pag. m. 495.

Alia etiam Doctoribus dicitur Capitatio, collecta quæ in singula patrum fam. capita fit. Petr. Frid. l. 2. de mandat. cap. 44. n. 15. pag. m. 251. quam alii collectionem per focos seu ad fumum

num vel per fumantes appellari solent, die auff eine jegliche  
Feuerstatt und Wohnung gelegt wird. Bocer. *d. tr. de jur coll. c. 8.*  
*n. 1. pag. m. 107.* Sic legimus, quod rustici olim non tenebantur  
Imperatori solvere, nisi 26. denarios pro quolibet capite vel fu-  
mante, quia plus non indigebat imperium. Nic. Boër. *dec. 304.*  
*n. 4. pag. m. 775.* Thomat. *de collect. S. nescientes n. 7. pag. 397.*  
Simile huic tributum est in Hollandia, quod vocatur Schoor-  
sten = Geld/ & nihil aliud est, quam tributum quod Domini ædi-  
um, sive rusticorum sive urbanorum prædiorum persolvunt  
singulorum caminorum nomine, qui extra tectum eminent.  
Boxhorn. in *Commentariolo de Stat. Fæder. Belg. cap. 14. S. 6.*  
*pag. m. 102.* Sic & in Hispania unusquisque focus singulis an-  
nis Regi solvere cogitur 7. maravedisios, cujuscunque etiam  
sint conditionis homines; quem redditum *de la moneda forera*  
vocant. Klock. *de arar. l. 1. c. 6. n. 97. pag. m. 73.* De quo &  
Max. Faust ab Uschaffemb. in *cons. pro arar. cl. 18. cons. II. ord.*  
*1373. pag. m. 806.* ita : Alius census, seu tributum aliud capitis  
solvitur etiam Regi in Castellæ regno a septennio in septen-  
nium decem & sex videl. maravedini ab unoquoque familiæ  
seu domus capite, appellaturque *moneda forera* & datur in si-  
gnam recognitionis supremi dominii. In Regno Chinæ u-  
nusquisque, qui domicilium & focum habet, solvit quotannis  
duas Masas, quæ species est monetæ valens duos Regales Hi-  
spanicos. Klock. *d. l. 1. c. 20. n. 14. pag. m. 145.* Sicut & in Regno  
Marocci & Fessæ de singulis focus seu domiciliis 5. quadrantibus  
unius ducati exsolvuntur. Id. *c. 28. n. 18. pag. m. 172. add.*  
Petr. Greg. 3. *de Rep. c. 4. n. 17. pag. m. 52.* Ceterum & capita-  
tionis quoddam genus videtur, quo singuli Presbyteri Epi-  
scopis cathedraticum 2. solidorum præstare coguntur. *c. 1. c. 4.*  
*seqq. caus. 10. qu. 3. cap. conquerente. 16. X. de offic. jud. ordinar.*

Ast propius jam ad rem accedendum, & Capitationis  
origo paucis inspicienda. Facimus  
igitur.

CAP.



CAPUT. IV.

De

Origine Capitationis.

I.

Vetustissimam merito hanc vocat indictionem, Cujac. *ad l. 13. C. de annon. & trib. pag. m. 251.* add. Max. Faust ab Aschaff. *cl. 19. cons. 43. ord. 1524. p. m. 879.* utpote cum jam ante Servium Tullium, sextum inter Reges tributum in capita conferri moris apud Romanos fuerit, ita ut cum Regi pecunia opus esset æque pauperes ac divites hoc onere fuerint pressi, Klock. *de arar. lib. 2. c. 79. n. 20. pag. m. 480.* Besold. *de arar. c. 4. n. 18. v. 3. pag. 89.* Id quod innuere etiam videtur ipse Servius in oratione ad Populum apud Dionys. Halicarnass. *lib. 4. antiquit. Rom. n. 2. pag. m. 297.* ibi: Ut tributorum in ærarium collationem, quibus pauperes gravati æ alienum ferre coguntur, levius in posterum feratis, volo omnium bona censi & pro suo quemque censu conferre, sicut in magnis & bonis civitatibus fieri audio. Justum enim existimo & reip. utile, ut qui multum possident, multum conferant, parum vero qui sunt in re tenui. Hinc Populus Romanus relatus in Censum, digestus in classes, Curiis atque Collegiis distributus, ex Floro Besold. *d. er. c. 8. n. 1. v. 1. pag. m. 170.* Nec est, quod Wesenb. *in d. cyn. liturg. concl. 8. n. 5. pag. m. 124.* & rationem hujus census improbet, eumque iniquitatis arguat, eo quod cum prima accensorum centum millium æris fuit, secunda 70000. tertia 50000. quarta 25000. quinta 10000. & sexta reliquam turbam absolvit, in quinta & sexta ditiores potuerint reperiri, quam in prima, secunda vel tertia, locupletiores inter infimos, quam summos vel medios; Probabile enim non videtur, Romanorum illum Regum ex nimia & communi forte vulgus & vicinorum opinatione, nec ex habitu & vestitu, quomodo alias virgo vel meretrix esse præsumitur. *l. 15. §. 15. n. de injur.* sed justa demum bonorum discussione, facultatem vires cognovisse. Romani enim nomina dantes, & bona sua pecuniæ æstimatione censentes, legitimum interponabant juramentum, vere & optima fide omnia sua bona cen-

C 3

fa

sa esse; hincq; pœna inceptorum h. e. eorum, qui se censeri bonuqve æstimari nolebant, vel mala fide minoris, quam volebant, æstimari patiebantur, erat, ut bonis spoliarentur & virgibus cæsi sub hasta venirent. Dionys. Halicarn. *d. lib. 4. n. 2. pag. 305.* vel ut Petr. Greg. *lib. 3. de Rep. c. 4. n. 12. pag. m. 51.* ex Zonara refert, qui se aut bona sua in censum non detulissent, ipsos a consulis, bona a Censoribus venundata esse. add. Besold. *d. l. v. 2 pag. 171.*

## II.

Certum itaque est salubrem hanc rem tanto fuisse imperio, quippe ex qua belli pacisq; munia non viritim, ut ante sed pro habitu pecuniarum fiebant, Liv. *lib. 1.* ast diu haud stetit; Successor enim generq; Servii infelix, Tarquinius Superbus tributis illis, quæ ex tali censu ferebantur, sublatis, pristinum in Rempublica renovavit morem, & quoties ei pecunia opus erat, tantum pauperimus quisque quantum dives conferebat, decem nimirum denarios in caput cujusque exigebat: quod institutum e plebecula perdidit multos. Dionys. Halicarn. *d. l. 4. n. 6. pag. m. 330.* Besold. *de arar. c. 4. n. 18. v. 3. pag. 89.* Et licet ejectis postea Regibus juxta censum cujuslibet tributum indici consueverit, Sigon. *de antiquit. jur. Civ. Rom. lib. 1. c. 16. circ. pr.* capitatio tamen in certis personis, ut recens natis, togam virilem fumentibus, imo morituris mansit. Bodin. *lib. 6. de Rep. c. 1. n. 624.* Fuit autem alias quantitas capitationis singulis annis pro mare pubere aureus, pro foemella dimidius gl. *ad rubr. C. de ann. & trib. Brunnem. ad l. 8. C. de SS. Eccl. n. 2. pag. 8.* Eberth. a Weihe, *d. xv. de regn. subsid. c. 5. n. 45. pag. m. 60.* Bodin. *6. de Rep. 2. pag. m. 1037.* Max. Faust ab Uschaff. *cl. 12. conf. 5. ord. 887. pag. 540. cl. 17. conf. 29. 69. ord. 1803. 1843. pag. m. 750. 786.* Perez. *ad m. C. de cap. civ. conf. exim. n. 1. pag. 310.* Ab exigebatur primo ab iis qui nullum censum habebant, nulla prædia possidebant, tam in urbe Romana, quam extra eam, Petr. Greg. *d. l. 3. c. 5. n. 1. pag. m. 52.* Unde Casar. *lib. 3. de bell. civil.* ubi de L. Scipione Duce Pompejano agit, Multa, ait generatim ad avaritiam excogitabantur, in capita singula fervorum ac liberorum imponebatur tributum. Verum quia odiosa erat hujusmodi capitatio & ejus exactio animis

nimis acerba, sustulit eam Constantinus, ac iussit ne in potterum  
plebs Urbana pro capitacionis tributo conveniretur, sed immunitas  
haberetur. *l. un. C. de capit. civ. cens. exim.*

III.

Contravertunt autem Dd. quænam hic intelligenda Plebs?  
Accursius in voc. Plebs Urbana. notat eam, quæ Romæ est. Pro  
quo facit §. 2. *7. de 7. N. G. & C.* item quia hæc lex mittitur ad  
Eusebium *U. P. Urbis Præfectum*. Consentit communis schola.  
Imo interpretes multi hinc colligunt, non tantum vices utrius-  
que Romæ, sed cuiuscumque civitatis exemptos fuisse a Capi-  
tatione. Perez. *d. l. n. 3. Menoch. conf. 1144. n. 36. pag. 126. P. Chri-*  
*stinæus vol. 5. dec. 89. n. 3. pag. 148.* Pro quibus est regula Docto-  
rum, nimirum, quando rubrum habet orationem perfectam  
& est generalius nigro, tunc rubrum non restringitur per ni-  
grum, sed nigrum extenditur potius per rubrum; uti contra si  
nigrum est generalius uti plerumque, rubrum vero speciale,  
pariter rubrica extensionem admittit. Contradicit hisce Jac.  
Gothofr. *ad l. 2. C. Theod. de censu. pag. 115.* putans Imperatorem  
urbanam plebem nominatim per Lyciam & Pamphiliam, quæ  
provinciæ sunt Asiæ diceceles, a capitacione immunem jus-  
sisse; indeq; & Accursium erroris manifesti arguit, dum sigla  
illa *U. P. Urbis Præfectum* interpretatur, cum *Virum Perfectissi-*  
*simum* notent. *arg. l. 18. C. de pæn.* Verum ut communis-  
sima istorum siglorum interpretatio reclamare videtur, ita pa-  
tet ex *l. 7. C. de IL. l. fin. C. de stat. & imag. l. 4. C. de offic. Præ-*  
*prat. Or. l. 3. C. de offic. Mag. offic.* aliisque, novum non esse, di-  
versa officia uni assignari. Et quis præterea temere assereret  
*l. 5. C. de fidei. ad solos Gallas l. 3. C. de divers. & rescr. & pragm.*  
*sanct. ad solos Phœnices. l. 16. C. de donat. ant. nupt. ad solos Hi-*  
*spanos l. 12. C. de jur. & fact. ignor. ad solos Illyricos & Italos l. 1. C.*  
*ne sanct. bapt. iter. l. 8. C. de jur. fsc. l. 1. C. de petit. hered. l. 6.*  
*C. de pæn. l. 1. C. de exat. trib. 10. 19.* ad solos pertinere Africanos,  
eo quod Præfecto Galliarum, Præsidi Phœnicæ, Vicario Hi-  
spaniarum, Præfecto Illyrici & Italiæ, Vicariis & Pro-Consuli-  
bus, Africae inscriptæ sint? Quin enim ex mente Imp. Just. *d. i. un.*  
ad omnes cives Romanos (exceptis iis, de quibus in *l. 10. C.*  
*agric.*

egric. & cens. n. 47. ubi & Perez. n. 27. pag. 308.) pertineat, neque  
ipsum J. Gothofr. d. l. in fin. pr. ambigere video.

VI.

Magis adversatur Idem, quando d. l. *vers. videamus. pag. 115. d. l. 2. C. Theod. de cens.* de capitatione haud vult intelligi. Ita enim ille: Vulgaris sententia est h. l. esse de capitis censu sive tributo capitis; quæ facile concidet, ubi intellexerimus, capitationem (quæ ead. & *jugatio*) fuisse modum seu canonem, qui in censu publico a singulis præstandus erat, pro modo capitum seu jugorum, quæ quis possidebat. Unde capitatio est modus collationis pro jugerum seu capitum numero, non pro capite hominis, ut vulgo creditum, etiam *Cujatio*. Ast, si vera sunt, quæ ipse d. l. p. 117. fatetur, plebem nimirum urbanam, si modicum forte quid possideret jugorum seu capitum ruri, a capitatione immunem esse per d. l. non & Senatores inque dignitatibus constitutos, qui plerasque possessiones velut agrarii mergi ad se traxerant & quotidie trahebant; non video, quid opus erat immunitatem concedere plebi urbanæ, si ob paupertatem censeri non poterat? Si possessionum penuria immunitatis causa fuit, quare rusticana plebs a capitatione exempta non erat? *arg. l. 1. C. ne rust. ad ull. obs. dev. 11. 54.* Cumque; nemo ne ætatis quidem ratione, a muneribus patrimonialibus excusationem facile mereatur. *l. 5. §. 1. C. de mun. patrim.* probabile vix est, Imp. ab iis immunitatem voluisse concedere, si per capitationem munera patrimonialia sunt intelligenda. Ita enim Imp. Valerianus & Valens in *l. 4. C. Theod. de censu*. In virginitate perpetua viventes & eam viduam, de qua ipsa maturitas polliceatur ætatis, nulli eam esse nupturam, a plebejæ capitationis injuria vindicandas esse decernimus. Et *l. 6. d. 2.* Nulla vidua, nemo pupillas in utroque sexu, donec eos ingreditur annos, qui tutoribus curatoribusve publicis non egeat, exactionem plebis agnosca. Quas leges a plerisque Interpp. de tributo capitis, seu capitis censu quod pro capite dabatur, accipi negare quidem non audet Gothofr. *ad d. l. 4. pag. 119. seq.* sed solus intrepide affirmat, de capitatione & jugatione pro capitibus & jugis seu possessionibus utramque esse accipiendam, eo, quod nul-

223  
nullum amplius illo ævo capitis seu pro capite libro tributum  
usurparetur. Verum hoc ipsum est in questione. Nescio enim  
an clarius argumentum contra depromi queat quam ex  
constitutione eorundem Imp. in *l. 4. C. Theod. de exim. artif.*  
*13. 4.* ibi: picturæ professores, si modo ingenui sunt, placuit ne-  
que sui capitis censione, neque uxorum aut etiam liberorum  
nomine tributis esse munificos. Ubi Gothofr. *pag. 55.* Pictoribus  
immunitas Capitationis tributa est tam pro suo quam uxorum  
& liberorum capite. Ast vero si ingenui jure communi a capi-  
tatione immunes, quid opus erat pictoribus ingenuis immuni-  
tatem istam largiri?

V.

Ceterum plebem hic quoque non consideramus, quatenus  
ejus appellatione sine Patritiis & Senatoribus ceteri cives  
veniunt. §. 4. *f. de j. N. G. & C. l. 239. de V. S.* Hac enim ratione  
plurimi quoque e ditioribus immunes a capitatione fuissent,  
contra mentem Imp. qui pauperibus consultum voluit. vid. Pe-  
rez. *add. l. un. C. de cap. civ. cens. exim. n. 1. inf. pag. 310.* itaque  
nec quod ab Equitibus (nam, Martina Roma triplex equitatu, ple-  
be, Senatu. Wissenb. *ad d. l. 239. pag. m. 207.*) distinguitur: sed  
ut in strictissimo venit significato, pro infamis sc. ex plebejo or-  
dine, *arg. l. 3. pr. ibique Gothofr. lit. 2. de testib.* qui alias capite  
censi dicti. vid. Perez. *d. l. add. Max. Faust ab Uschaff. cl. 19. conf.*  
*43. ord. 1524. pag. m. 879.* Hinc & ipsa capitatio plebeja & plebis  
exactio in *d. l. 4. & 6. Theod. de cens. l. 2. C. Theod. de protestaf.*  
*11. 24. l. 36. C. Th. de Decur. 12. 1.* dici videtur. vid. Joann. Bapt.  
Costa *d. tr. de Quota & Rota q. 103. n. 5. pag. m. 213.* Hujus igitur  
in plebis, utpote magis gravatæ *arg. l. 1. C. de cens. 11. 57.* solati-  
um Constantinus capitationis sarcinam sustulit, ita ut tunc  
sola rusticana plebs extra muros posita eam penitaverit. *l. 1. C.*  
*ut rust. ad null. obsequ. dev. . 11. 55.* ubi Cujac. *pag. m. 389.* Joann.  
a Felden *in element. jur. part. 5. m. 8. art. 1. n. 2. pag. m. 1140.* im-  
munis ab alio ministerio fiscalium eorum aut mulorum *d. l. 1.*  
ibi que Brunnem. *n. 1. pag. m. 1286.* Utque antea per singulos vi-  
ros, per binas vero mulieres capitis norma censebatur, postea  
binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis unius penden-

D

di

di capitis attributum erat. *l. 10. C. de agric. & cens. ii. 47.* ibique Cujac. *pag. m. 378.* Nec minus ætatis ratio habebatur, ita ut in censendo eam significare necesse esset, cum quibusdam æta tribuebat, ne tributo onerarentur, veluti in Syriis a 14. annis mæsculi, a 12. fœminæ usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligabantur. *l. 3. pr. xi. de cens. add. l. 12. de probat. l. 1. C. f. min. se mai. dix. Joann. a Feld. d. part. 5. c. 9. m. 1. art. 2. n. 5. pag. m. 1087.* ante vel postea immunes erant. Petr. Greg. 3. *de Rep. c. 5. n. 8. pag. m. 54.*

#### IV.

Neque omnis tamen rusticana plebs pro hac capitacione conveniebatur, sed & immunes erant metrocomiæ *l. 8. C. de exact. trib. 10. 19. Meier. in colleg. Argent. tom. 2. tit. de cens. n. 6. pag. m. 1954.* Erat autem metrocomia (secus ac *gl. ad rubr. C. non lic. hab. metropol. ii. 56.* eam falso villam mensuratum, quæ translatis jussu Principis dabatur, interpretatur) id inter viços, quod metropolis inter urbes. vid. Cujac. *ad. d. l. 8. pag. m. 256.* Immunes etiam erant Coloni per universam dioccesin Thraciarum. *l. un. C. de colon. Thrac. ii. 51.* utpote qui solam jugationem terræ solvebant. Perez. *ad d. l. un. n. 1. pag. m. 312.* eo quod illa provincia coelum habeat asperum & solum infœcundum, Brunnem. *ibid. n. 2. pag. 1285.* Addunt hisce nonnulli colonos Illyricanos arg. *l. un. C. de colon. Illyr. ii. 52.* ibique Cujac. *pag. m. 388.* Perez. *ad d. l. un. C. de cap. civ. cens. exim. n. 2. pag. 310.* Verum cum textus illud haud asseret, nec rationem Brunnem. *ad d. l. un. de col. Illyr. n. 1. pag. m. 1249.* quod sc. in Illyrico solum alicubi sit paludosum, alibi saxis & rupibus horreat, quicquam obesse puto; ei ipso enim docente *ad d. l. un. de col. Thrac. n. 4. pag. 1285.* privilegia non facile ab uno ad alium casum extendenda, neque immunitas absque aperta probatione datur. *l. 9. C. de agric. & cens. ii. 47.* Excipiebatur tamen & Ecclesia Thessalonicensis. *l. 12. C. de ann. & trib. 10. 16. l. 8. C. de SS. Eccl. Qvam legem posteriore Alciat. in comment. ibid. pag. m. 36. de capitacione animalium tantum intelligit.* Perezius autem *ad d. iii. C. de ann. & trib. n. 35. pag. 56.* putat, Theodosium, cum vult Eccle-

P. 2. 23

Ecclesiam Theſſ. immunem eſſe a capitatione, intelligere non tantum de ea, quæ ab hominibus præſtabatur, verum etiam de ea, quæ poſſeſſionibus imponebatur. Quorſum enim *inquit*, attinebat eximere dictam Eccleſiam ab ipſo tributo, cum jam ante Conſtantinus immunes feciſſet omnes cives Theſſalonicenſes & per conſequentes eorum Eccleſiam. *d. l. un. C. de cap. civ. cenſ. exim.*

VII.

Aſt quorſum delabimur? Revertamur, & ſacrum evolva-  
mus Codicem. Inveniemus, jam olim in V. T. Iſraelitis a Deo  
ipſo ſub lege Moſaica Capitationem imperatam fuiſſe, ut patet  
ex *c. 30. libri exitus Iſraelitarum v. n. ſeqq.* ubi legitur ſingulos  
ſive divites ſive pauperes, qui 20. ætatis annum abſolverant, pe-  
pendiſſe dimidium Siclum Sanctuarii, qui quartæ parti Joachi-  
mici vel thaleri reſpondebat; & dicitur ſiclus ſanctuarii, non  
quod major eſſet *communi*, (ſicut male diſtingvunt inter ſiclum  
ſanctuarii & ſiclum monetæ ſeu communem) ſed quod exactiſ-  
ſimi & juſti eſſet ponderis, ſumme Reverend. D. Calov. *in Bibl.*  
*Uluſtr. in d. c. 30. v. 12. pag. 450.* ad quem ſicli omnes velut ad per-  
petuam normam fuere reducti. Cum enim ſiclus, prout hoc  
perverſio ſeculo ſubinde fieri videmus a malitiſis hominibus  
corrumperetur, quandoque etiam ab avaris & iniquis exigere-  
tur ponderoſior, ideo ſiclus juſtiſſimi ponderis adſervatus fu-  
it in templo, ut menſura eſſet reliquorum, nec avarorum calli-  
ditatibus locus relinqueretur. vid. Lindeman *in Synopt. exeg. de*  
*contr. mutui. Diſp. 2. §. 29. pag. m. 24.* Perinde uti hodiernis mo-  
ribus probationes nummorum per Zygoſtatas, uti jura *l. 2. C. de*  
*ponderat. 16. 72.* ſeu Wardinos, uti Rec. Imp. eos appellant, fi-  
unt. vid. Bocer. *de jur. monet. c. 2. n. 48. pag. m. 44.* De cetero  
vero, dabant Hebræi hoc pretium (Hebr. redemptionem ſeu re-  
conciliationem, Luc. Oſiand. *in d. c. 30. Exod. pag. m. 140.*) pro æ-  
nimabus ſuis Domino i. e. quo vitam ſuam quodammodo a Do-  
mino redimerent, ne ſc. plaga aliqua vel peſte percuſerentur, ſi  
tributum hoc conſervando miniſterio inſtitutum pendere ne-  
glexerent. Phil. Henr. Friedlib. *in Theol. ſua exeger. in d. c. pag. m.*  
*176.* Dives non addebat & pauper nihil minuebat, ne ſc. illi ſe  
D ?  
magis,

magis, hic minus expiatum putaret. Joann. Qvistorp. *in d. c. pag. 115.* add. Jac. Salian. Jesuit. *in annal. Eccl. tom. 2. A. M. 1544. v. 577. in fin. pag. 142.* Et quanquam hic census politico tolerabilior erat, supputata tamen populi summa, qui recensetur *Num. 1. v. 26.* sexcentorum & trium millium cum quingentis & quingvagina viris ad bellum omnibus idoneis colligeret numerus 15887. Vallengium cum dimidio. D. Pelargus *in d. c. 30. pag. 295.* ubi & idem asserit, tributum hoc fuisse anniversarium, nec speciali ad id opus fuisse mandato Dei. Quæ sententia quoque est Riveti, quem refert Jac. Raupp. *Biblioth. portat. in d. c. 30. pag. 354.* Ast rectius observant notæ Junio-Tremellianæ, hoc ita Moyfi mandatum fuisse, ut semel tantum fieret hæc capitatio: Magnif. Dn. Calov. *d. l.* Id quod præprimis constat ex eo, (1) quod hæc capitatio ad expiationem populi recens ex Agyptoeducti imperata fuerit: (2) quod Moyses hoc statuum non dicat perpetuum, ut cetera omnia, neque deinceps repetierit, ne quidem tunc cum iterato & tertio populum recensuit. *Num. 1. c. 26.* (3) quod nullus successorum hanc capitacionem legatur imposuisse, ni forsan dicas Joam. 2. *Chr. 24.* exemplum Moysis adhibuisse, ut extraordinariæ necessitati extraordinaria collecta consuleret; sed quod ibi scribitur de anno in annum &c. non ad pensationem, ut vulgo putatur, sed ad assiduam templi infrastructurem pertinet, ut, quæ non erat unius anni opus vid. Jun. *in not.*

### VIII.

Manet itaque Deum deinceps citra jussum suum vel necessitatem v. g. belli imminentis, similem noluisse indici censum, ac ne tum quidem nisi oblato a singulis capitibus census simili tributo semisicli in usus tabernaculi vel templi, quo constaret eum censum in honorem Dei & agnitionem supremi domini illius fieri. Tirin. *in d. c. 30. pag. 137.* Utrumque hoc cum in eo populi censu, quem David fecit. 2. *Reg. 24.* neglectum esset, pestilentia a Deo immissa septuaginta virorum millia extincta sunt. *d. c. 24. v. 15. 1. Paral. 21. v. 14.* vid. Tirin. *in d. c. 24. pag. 250.* seq. add. Petr. Greg. 3. *de Rep. c. 5. n. 5. pag. m. 53.* Ast ecce! Gravi-  
ter sic licet Deum offenderit Rex Davit, quando numerari jus-  
sit



fit omnem Israelis & Judææ populum, non dedignatus tamen filius Dei esse unus e numero illorum, quos numerari iussit Cæsar Augustus *Luc. 2. v. 1.* nam passus est se in catalogum civium Romanorum referri, ut ex Orofio refert M. Sem. Edelius in *seinen edelen Evangelien Schatz. pag. 94.* indeque & nomen ejus in libris exactionum fuisse repertum ex Suida notat Bakius in *expof. Evang. Dom. in Natal. Christi. pag. 114.* Quæ de causa Petrus rogantibus illis, qui Capharnai didrachmam in censum capitalem Molin. *de J. & J. tom. 3. D. 661. n. 3. pag. 467.* accipiebant, utrum & Christus illam solvat, respondit *Etiam. Matth. 17. v. 24.* Et quamvis alii hunc locum nihil ad tributum Cæsarianum, sed potius ad capitationem illam sacram, de qua paulo ante, pertinere existimant; alii tributum hoc fuisse pecuniam illam pro redimendis primogenitis & divinitus mandatam *Num. 18. v. 16.* ac didrachmum a Christo exactum secundum legem Mosis, tanquam a primogenito dicant; Contrariatur tamen prius sententibus (1) quod vocem *ἀνάγε* Romanum tributum a Romanis impositum notantem *Matth. 22. v. 18.* Evangelista *d. c. 17. v. 25.* adhibeat: (2) quod tributa in usum templi, colligi consueverint in templo; idque ab omnibus, qui annum ætatis vigesimum excefferant: quod autem hic non factum, cum Christus solvit solum pro se & Petro. *Salmer tom. 6. tr. 37. pag. 738.* (3) quod Christus palam agat de Regibus terra, a quibusnam illi censum accipiant: quæ quæstio aliena foret, si de capitationis siclo templo inferendo hic sermo esset. Summe Rever. D. Calov. *in d. c. 17. Matth. pag. 340.* Posteriorum sententiam multa sane sunt quæ manifeste repellunt ac refellunt. Et in primis (1) valor monetæ utrobique diversus, qui tributi loco exigebatur; pretium enim redemptionis primogenitorum erant quinque sicli, hia autem erat didrachmum, quod sicli dimidium: (2) pretium primogenituræ persolvebatur tantum semel in vita, exacto statim primo mense a tempore nativitatis, hoc vero poscebatur quotannis, etiam ab adultis. Veritati igitur magis consentaneum, hoc vedigal illud esse, quod Augustus Imp. Judæis composuit, quum iussit, ut univversus orbis describeretur. *Luc. 2. v. 1.* vid. Klock. *de contrib. c. 12. post. n. 267. pag. 297.*  
*in fin.*

Ceterum vero, cum dicitur Augustum sub censum revocasse *rotam mundam*, illamque descriptionem fuisse *primam* Q. I. num igitur Imp. Romani unquam fuerint Domini totius mundi? Non solum sane Imp. ipsi hoc gloriati sunt, uti videre est ex *l. 9. π. ad L. Rhod. de jact. l. 3. C. de quadr. præscr. l. 1. pr. C. de rapt. virg. l. 13. pr. C. de judic. Nov. 105. c. 2. §. fin.* & apud Goldast. in *Reichsſagungen. pag. m. 143. sed & Hostiens. in c. venerabilem x. de Election.* mortaliter eos peccare, imo Bartolus hæreticos illos accusat, qui univ. totius orbis dominium Imp. demtum voluerint. *Limn. 2. J. P. 8. n. 5. pag. m. 98.* Verum indigna satis gravi Jcto talis adulatio, ut ut ex spurio natalibus constitutus, forte redhostimenti loco hoc rescripsit, Excell. Dn. Bokelm. *ad tit. π. ad L. Rhod. de jact. §. 10. pag. m. 477.* Quin enim nullus Romanorum Imperator aut de jure aut de facto totius mundi fuerit Dominus, invictis argumentis probat Dom. Soto *lib. 4. de J. & J. q. 4. art. 2. add. in primis Magnificum Dn. Zieglerum de Jurib. Majest. part. 1. ex. 2. thes. 17.* Unde locus *Luca d. c. 2. v. 2.* legesque adductæ intelligendæ sunt de subjecta materia (quod non infreqvens est in jure civili & Canonico. *l. 15. §. 4. l. 29. de locat. l. 78. l. 204. l. 215. de V. S. cap. si beneficio. de præbend. in 6.*) imperio nim. in orbem, qui alibi cum epitheto dicitur Romanus. *l. 2. C. de jurej. propr. calurn. l. 17. de stat. hom.* Nec vero aberrabimus, aut aut absurda vel infreqvens erit locutio, quando de majori mundi parte, quam olim Romani possidebant, synecdochice & adhibita particula *penz* orbem totum intellectum velimus, ita enim ipse loquitur Imp. *in Nov. 24. in pr. vid. Hug. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 22. n. 13. pag. m. 387.* ibique Joh. a Fled. *in not. pag. 15.* Ut autem sub Imp. Romanis primis tropus ille, *Imperator mundi Dominus* i. e. partis mundi, tolerabilis sit, ita hod. non synecdoche sed crassa fuerit hyperbole. *Wissenb. ad τ. disp. 28. §. 15. pag. m. 286. add. Silvest. zum Arenthal in iconismo Aquila Romana coll. 2. p. m. 12. segg.*

X.

Q. II. An descriptio illa Augusti vere fuerit prima, sicut omnium prima dicitur *d. c. 2. Luc. v. 2.* ? Constat, præcessisse aliam

am

am septuaginta tribus annis ante *Aetam* Dionysianam commu-  
nem, sub Pompejo nimirum M. a quo primum subacta Judæa,  
Hierosolyma occupata, Judæi vestigales redditi, Aristobulo  
vincto cum filiis & filiabus Romam ducto & Syria in provinciam  
formam redacta. Imo a Gabinio septuaginta talenta Judæis ex-  
pressa sunt. Ast non fuit generalis hæc exactio. Bakius *d. l. pag.*  
*111.* unde descriptio Augusti *πρώτη* dicit videtur *secundum quid*,  
quod nempe *prima* in præfectura Qvirini fuerit. Tirin. *in d. c. 2.*  
*Luc. pag. 986.* vel prior respectu posterioris, de qua *Act. 5.* vel  
quod *ut talis*, h. e. cum confectioe tabularum prima fuerit.  
Magnif. D. Calov. *in d. c. 2. pag. 536. in fin.* add. Raupp. *in bibl.*  
*port. ad d. v. 2. pag. 574.* Interim descripto hæc non proposito  
ullius in præfens exigendæ pecuniæ, sed potius ex arcano divi-  
næ providentiæ consilio & impulsu procesfit, ut per Augu-  
stum (etsi nihil ejusmodi cogitantem) vaticinium *Mich. c. 5. v. 2.*  
de nascituro Bethlehemi Rege *Mesha* impleretur. Oportebat  
enim tantum Monarcham & Imp. metatorem esse hospitii Chri-  
sto filio Dei in terras venturo. Isaac. Casaubon. *ad Adparat. An-*  
*nal. Baronii exerc. 31. pag. 105.* Errant itaque, qui putant hoc  
censu capitationem Judæis indictam. Id enim factum non est  
ante confiscationem rerum Archelai. Antea populus Judæus  
Herodi tributa pendebat, Herodes autem imperio Romano ut alii  
Reges socii dabat, ut Appianus loquitur, *Φόρος τεταγμένως.*  
Quare census hic eo pertinebat, ut notum esset, quid regna quæque  
& provinciæ hominum copia, quid pecuniis valerent, Serenissi-  
mus Princeps AUGUSTUS Dux. & Brun. & Luncb. gl. m. in *der*  
*Evangelischen Kirchen Harmonie. part. 2. pag. 15.* Magnif. D.  
Calov. Bak. Raupp. *ad. ll.* Nec sane uno eodemq; tempore factus  
hic census per totum orbem, quia Romanus erat, sed cum Augu-  
stus omnem vim imperii pernosse volebat, per omnia regna &  
provincias constituit censum agi modo hic sc. modo illic, ut  
commodum erat. Sed hæc *ἐν παρῶδα* & attigisse, imo retulis-  
se tantum sufficiat. Ea enim omnia examinanda, ventilanda &  
dijudicanda aliis, ad quos proxime pertinent, relinquimus ne for-  
te occidatur nobis illud, *Sus minervam.* Interea pomum Eridis  
jam spargimus, progrediendo ad

CAPUT



## CAPUT. V.

quod erit.

De

## Iustitia Capitationis.

I.

WEigoliani Magistratum Christianum bona conscientia nul-  
lum tributum a subditis suis exigere posse, multis contem-  
dunt, veluti legere est ap. Weigel. *Posill. part. 2. pag. 337. seq.* Ast ju-  
re inter alios eas refutavit Celeberrimus Daniæ Theologus D. D.  
Casp. Erasmi Brochmand. *in syst. univ. Theol. tom. 2. relig. Christ.  
art. 40. de Magistrat. polit. c. 2. q. 21. pag. 506. seq.* Quid ni enim ?  
cum quilibet civis, quod vivat, quod feliciter vivat, omne Reipubl.  
& iis, qui universi curam sustinent, debeat, æquitatis utique & ra-  
tio, non minus ac ea, quam Reipub. dedit, fides, quæ sola satis ef-  
ficaciter obstringit, postulat, ut eam pro viribus juvet, und sich  
neige gegen den Baum/von welchem er Schatten hat/ut est pro-  
verbium ex Proph. Dan. *cap. 4. v. 4.* Neque enim aliter conserva-  
re licet Remp. nisi pientissimæ præstationes importentur in pu-  
blicum. *Nov. 161. in f. Nov. 149. c. 2.* Hinc D. Paulus *ad Rom. 13. v. 7.*  
Reddite, *inquit*, omnibus debita, cui tributum, tributum, cui ve-  
ctigal, vectigal; & ipse Salvator noster Judæos, putantes non lice-  
re reddere tributum Cæsari, iussit, ut illi ostendant nummum ali-  
quæ ejus monetæ, in qua tributum exigi solebat, cumq; illi ob-  
talissent denarium, qui usitatus erat in eo nummorum gene-  
re (ut ita merito a viris doctissimis eorum reprehensus error, qui  
denarium tributi modum esse existimabant. vid. Klock. *de contrib.  
c. 1. num. 33. pag. 9.*) ac facti essent, Cæsaris esse imaginem & subscrip-  
tionem, dixit illis: Reddite ergo Cæsari, quæ sunt Cæsaris, *Matth.  
22. v. 21.* nempe tributum, quod exigit. Cum enim sitis illi subje-  
cti, æquum est, ut præstetis ei, quod Dominis suis debent subditi.  
Notanter autem dicit Christus non simpliciter *date*, sed *reddite*:  
non quod inde concludendum, quasi Cæsaris iam fuerint, quæ ei  
solvenda erant, sicq; summa aliqua in Republica potestas, quam  
Dominium Eminens vocant, pro lubitu de rebus privatorum dis-  
ponendi, asserenda, ut vult Horn. *de civit. l. 2. c. 2. §. 8. n. 24. pag. 347.*  
sed

sed ἀπόδοσις tanquam redhostimentum patrocinii & defensionis, tanquam debitum pro proximis beneficiis, quæ Deus per Cæsarem in vos confert Gerhard. in Harm. Evangelist. c. 154. pag. 1158. add. Ampl. ac Consult. Dn. Lyser. Præceptorem ac Patronum nostrum summo animi cultu prosequendum in diss. pro Imperio contra Domin. Emin. §. 25. Ut adeo & recte nos non ex dispensatione aliqua, sed divino jure Magistratibus reddituris, (reddunt enim inserviando, dum pugnant pro patria, agunt judicia) debere nemo negaverit, nisi qui a communi sensu alienus. B. Luther. in tr. **Wie welt. Obrigkeit regieren soll.** tom. 6. Witteberg. pag. 3. Ideoq; & ea, quæ ex divina lege & conscientia obligante subditi debent, Magistratus salva conscientia a subditis exigere possunt. vid. Consilium Dn. Joh. Brentii, quod est inter Consilia Theologica Dn. Felicis Bidembachii dec. 6. cons. 9. **Ob und wann eine Christl. Obrigkeit ihre Unterthanen mit guten Gewissen schätzen möge?**

## II.

Verum enim vero quadrat hic, quod Poëta canit:

Iliacos intra muros peccatur & extra,

Unterthan und Obrigkeit

Sehlen hierin beyderseit.

Et quidem a parte Magistratum videmus, illos nimis nonnunquam exactionibus ita misellos expilare ac excoriare subditos, ut vix precarius iis dimittatur spiritus, sicuti Dd. loqui amant. vid. Boer. dec. 304. num. 4. pag. 775. Heig. part. 1. qu. 17. n. 1. pag. m. 238. Adam Keller. de offic. jurid. pol. lib. 2. cap. 8. pag. m. 330. Frequentissima enim Principum hæc est sententia, ne cives & subditi capita attollant, ne lasciviant, ne luxurientur, nec mandatis resistent, sed jussis & præceptis pro nutu & voluntate emisissis obtemperent, quo submissiores & obsequentiores reddantur, depauperentur, deplumentur, & ita variis modis defatigentur. Usitatissimum hinc illud affer, Prover. 30. v. 15. **Got gebe/ man nehme es auch/ wo man wolle.** Verū nā horrendum omne aurum, quod miserorum lacrymis & sanguine destillatur. Sed eheu! lacrymæ nostræ antequam ad Regis conclave defuant, vasrities & effertus animus intercipit, non secus ac Holofernes aquarum ductus

E

Urbis

Urbis Bethulix interruptisse legitur; imo frustra gemitus modum miseriarum rogantes apud ipsas surdas Principum aures jaclantur: frustra gravissimis populi querimoniis ad miserationem & condolentiam flectuntur: frustra ipsi mitiora consilia meditantur; vid. hac de re interminationes apud *Ezech. 45. v. 9. Amos 6. v. 7. seqq. Mich. 3. v. 23.* Et imo, Principes sibi ipsis hoc modo male consulunt; Dum enim civem ac subditum contributionibus iisq; intolerabilibus depauperant, semetipsos extenuant, dum eos hospitiationibus militaribus deplumant, seipsos depilant, & dum angustiis eos defatigant, sese enervant. *Reinh. Condit. in Spec. fid. pol. c. 9. num. 12. pag. m. 155.* Viribus quippe subditorum exhaustis, facultatibus attritis, divitiis absorptis, opibus, in quibus plurimum animus, sublatis, ipsorum Principum vires, facultates & opes exhauriuntur, atteruntur, absorbentur & tolluntur.

**Dann wann die Unterthanen verderben/  
Kan der Herr von ihnen nichts erwerben.**

*Adam Keller d. c. 8. pag. m. 326.* Et si quis forte tunc contra tenues hos subditos duobus illis Themistoclis Diis *Suasione & Vi* ad majora tributa præstanda uti vellet, is sine dubio ab iis audiret, apud se duos alios & quidem potentiores esse *Deus, Inopiam* nim. ac *Impossibilitatem*, per quos date non liceret, quæ peterentur. *Speidel. in notab. jur. hist. pol. sub. voc. Hauptgeld. pag. m. 474.* Sicut enim balsamum si vim ferri adhibeas, læsum emoritur; ita subditi si nimis rigide habeantur, aut deficiunt, aut grave rebellionis virus exhalant. *Valentin. Winter in Parthen. suo litig. l. 1. c. 6. num. 25. pag. m. 122.*

**III.**

Proinde, ita cives collectandi, ut supersit succus, quem hauriant, ita fructus avellendi, ut non excindatur arbor, ita olera deglubenda, ut maneant radix, imo ita pennæ incidendæ ut rursus renascantur. Quamvis & a parte subditorum der wunderlichen *Diesstel-Köpfle* (ut ait Dn. *Creidig in suo nosse me & nosse te part. 1. Dom. Nativ. Christi p. 69.*) sehr viel seyn/denen die Obrigkeit nichts recht machen kan / sondern wann sie etwan eine *Steur* oder *Anlag* aufs *Rathhaus* liefern und bezahlen sollen / so ist des *Lästerus / Schändens* und *Fluchens / Kurren* und *Murrens* kein Ziel noch *Maß*

Maß/ nicht bedenkender/ worzu mans braucht/ nemlich zur Er-  
haltung der gemeinen Wohlfart/ daß wir noch weiter unter der  
Übrigkeit Schuß und Schirm ein stilles und geruhiges Leben  
führen mögen/ 1. Tim. 2. v. 2. add. in primis Reink in der Biblischen  
Pollice axiom. 13. p. m. 459. Non enim ut optime Paulus, sola poenæ  
formidine tributa penditis, sed juris & æqui respectu, qui potesta-  
tum præsidio tuti estis a vi ac injuria. Hinc & Lutherus in concio-  
ne super Evang. Matth. XXII. p. 202. in fin. Wir Christen sollen nicht  
darnach fragen/ was solche gottlose Leute thun/ sondern dem  
Käyser willig und gerne geben/ was sein ist; Jesh/ spricht er/ habe  
nichts/ habe nur 4. oder 6. Becher/ doch wil ich dieselbe/ wo es von  
nöthen/ gerne dahin geben. add. Osand. ad §. 3. lib. 2. Hug. Grot. de  
J. B. & P. obs. 2. p. m. 539. Qvi tamen si subditis probabiliter opinetur,  
tributum a Rege impositum esse injustum? Opinio hæc vel im-  
ponentium autoritatem vel Republicæ necessitatem tollere hand  
potest. Et fortasse probabilis illa opinio non alio nititur funda-  
mento, quam habendi & retinendi cupiditate. Unde merito exula-  
debet nova Moralistarum sententia, qui per *probabilitatis* suæ, ut  
vocat, doctrinam, omnem, vacillare faciunt subditorum obedi-  
entiam, vid. Magnif. Dn. Ordinarium D. Ziegl. de Jur. Majest. part.  
1. ex. 10. th. 55. Tantum enim abest, ut subditus tributum (quod  
utiqve & Capitationem includit. Dn. Horn. de Civit. l. 2. c. 4. §. 17. v.  
6. p. m. 369.) possit negare, ut ne quidem eidem competat cognitio  
de ejus æquitate, proportionem aut versione ejusdem in usum Rei-  
publicæ, cum hæc sit rei civilis judicium, quod in subditi personam  
non cadit. Sufficiat, ei constare de jure externo, h. e. potestate su-  
perioris; in deq; si etiam aperta sit tributi exactio, resistere nequit,  
cum patientis personam sustineat. vid. Horn. d. c. 4. §. 17. v. 15. 19.  
pag. 270. & c. 12. §. 5. v. 20. §. 8. v. 15. pag. m. 601. 610.

IV.

Verum, ut ad nostram redeamus Capitationem, putat Jo-  
ann. Gutierrez. tr. de gabellis. quest. 1. n. 3. pag. m. 2. usu apud Chri-  
stianos Principes eam non esse frequentem, eo quod ad superbiam  
tumorem potius & ad avaritiam sit & pertineat, quam ad publico-  
rum sumptuum necessitatem: imo in totum a Constant. Imp. in  
sepe cit. l. un. C. de capit. c. v. sens. exim. 11. 49. sublatam esse, Schönb.

4. Pol. 19. in f. pag. m. 433. Speidel. in voc. Hauptgeld. pag. m. 473. Wefenb. ad iii. n. de cens. n. 2. p. m. 1025. Liebenth. coll. pol. ex. ult. tb. 31. pag. m. 707. aliq; judicant. Alt male. vid. supra c. 4. §. 3. segg. add. Ludw. ad Wef. d. l. pag. m. 964. Sic videmus, olim ad expeditionem Turcicam collationem capitibus seu personis ipsis non dominorum tantum eorumq; conjugum & liberorum, verum etiam ministrorum Knecht und Mägden indici consueviffe. vid. Bocer. de Regal. c. 3. n. 215 pag. m. 911. add. R. I. de 1544. §. Und wie wohl wissenschaftlich wahr. pag. m. 271. R. I. de 1554. §. Und wiewohl wissenschaftlich. pag. m. 277. R. I. de 1542. §. item die Juden pag. m. 272. ibi: Daß eine ieder Juden-Person/sie sey jung oder alt/zu Anfang der Türcken-Hülff einen fl. legen/und die Reichen in solchen Anschlag den Armen zu Hülff kommen sollen. Alias & illi tempore coronationis Romani Regis pro singulis eorum capitibus florenum, vulgo die Cronsteuer/ und dann den jährlichen Opfferspennung exolvere coguntur. Quæ duo licet conjugat, & pro uno habere videatur, Matth. Wefenb. in d. cyn liturg. concl. 7. num. 4. pag. m. 33. ea tamen diversa & separata esse, didici ex scripto quodam Cameralium Spirensium, ubi habetur, daß die Judenschaft schuldig und verpflichtet einen jeden angehenden Röm. Käyser/ als ihren eigenen Ober- und Schutz-Herrn zu ihrer Käyserl. und Königl. Erönung/ auch folgend jährlich und ein jedes Jahr besonder zu den heiligen Weynachten von jedem Haupt der Juden/ Judinnen jung und alt/ niemand darvon ausgenommen/ einen Goldgulden Cronsteuer und respective Opfferspennig zu geben.

Quoniam autem jam ultra 100. annos in Comitibus Imperii Capitatio amplius recepta non fuerit, alibi tamen in provinciis æque ut apud externos inter extraordinarias collectas sæpe referatur, Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 62. th. 6. Max. Faust ab Uschaffenbeck. 19. conf. 43. ord. 1524. p. m. 379. imò alibi pro ordinario tributo habetur. Sic Magnus Dux Hetrutiae, in singula capita Judæorum Florentiae accipit ducatos 2. Senis unum & dimidium. Annoym. de princ. Ital. pag. m. 234. In Turcia Christiani pro singulis capitibus, ubi 14. ætatis annum attigerunt, Sultanum seu aureum Ugaricum solvunt. Klock. de arar. l. 1. c. 5. n. 13. pag. m. 56.

In



In Regno Moracci & Fessæ de unoquoque agri jugero solvuntur  
Quæstori Regis quinque quadrantes ducati : tantundem de sin-  
gulis capitibus, quæ 15 annum exceßerunt, sive mares sint sive fe-  
minæ. Id. d. l. i. c. 28. n. 18. pag. m. 172. Quem censum capitum  
quamvis non eundem, & populus in Regno Abyssinorum seu Pre-  
te-Giani solvit. Id. d. l. c. 25. num. 20. p. m. 165 In Belgio confœdera-  
to exigente necessitate censio capitū ita peragitur, ut uniuscujus-  
que capitis nomine florenus (qui & alias annuatim ordinario sin-  
gulorum famulorum famularumq; nomine persolvitur) in Rem-  
publicam conferatur. Boxhorn. in comm. de stat. fœd. Belg. c. 24. n. 5.  
pag. m. 102. Et putat Max. Faust ab Wschaffenb. d. l. nihil novi esse,  
censum hunc ibi peragi. Sed crasse errat. Ipse enim Boxhorn. c. l.  
fatetur, semel modo, quod sciat censum istum actum esse, multas  
civium inter querelas, quibusdam etiam imperata præstare detre-  
stantibus, quam etiam ob causam postea ejus intermissionem fa-  
ctam credit. Initio tamen nuperarum turbarum Gallo-Belgica-  
rum, acerrime licet repugnantibus Amstelodamensibus, per ali-  
quot annos tributum hoc capitis iterum admissum fuisse, relatio-  
nes publicæ docuerunt. In Dania Capitatio ita fieri consuevit, ut  
Nobiles, Consules civitatum & ditiores numerent 4. Imperiales,  
totidemq; eorum conjuges; liberi vero quartam partem, famuli  
tertiam; cives autem promiscue 2. Imperiales aut minus; rustici  
tantum 4. solidos. Theatr. Europ. p. IX. ad ann. 1660. p. 49. Diar. Europ.  
p. XXV. ad a. 1671. m. Xbr. pag. 557. add. Petr. Greg. 3. de Rep. s. n. 12. p. 54.  
ubi de censu capitis Saxonum Regi Danorum olim exsoluto agit.  
In Anglia ante al. quot annos pro 400000. libr. sterling. capita-  
tio collecta. Theatr. Europ. p. IX. ad ann. 1660. pag. 124. Ut & in Epi-  
scopatu Monasteriensi pro 200000. Vallenibus. Diar. Europ.  
p. XXIII. ad ann. 1671. m. Mart. pag. 437. In Suecia quilibet 14. an-  
nis major dimidium imperialem solvit, exceptis Nobilibus eor-  
umq; ministris, uti quoque Ecclesiasticis eorumque uxoribus.  
Theatr. Europ. p. IX. ad ann. 1662. pag. m. 649. add. Klock. d. l. 1.  
c. 9. n. 42. pag. m. 99. In Gallia moderatio quædam videtur Capi-  
tatio, quando scil. singula jugera 5. solidos, singuli vici 60. floren-  
nos, Abbatis 20. Canonici 7. Pralati 20. arcus Nobilium 7. coro-  
natos; singuli Clerici 5. exactores 7. conventus cujuscunque se-

xus 22. præfecti 10. florinos; Collegia Jesuitarum 150. singulae domus ad minimum 1. aliae 3. ampliores 4. coronatos pendere iustae sunt. *Diar. Europ. p. XXV. ad ann. 1672. m. Mart. pag. 692.* De Polonia vid. Klock. *d. l. i. c. ii. m. 33. 34. pag. m. 107.* add. Petr. Greg. *3. de rep. 6. n. 30. pag. m. 58.* De Hispania vid. *Molin. disp. 661. de J. 67. n. 6.* De Italia vid. *gl. in. l. 27. §. 1. π. de V. S. add. Klock. d. l. i. c. 4. n. 69.*

VI.

Ast quid? Durissimam & iniquissimam hanc vocat servitutum, ut tantum pauperrimus quisque quantum dives conferat, Klock. *de arar. l. 2. c. 79. n. 42. seqq.* imo Matth. Wesenb. *in d. cyn. lit. concl. 7. n. 3. pag. m. 108. in fin.* eam ceu quandam tyrannidis notam Papiae & Poppae, ac consequenter inter oppressionem pauperum, quae inter clamantia peccata refertur, excogitam, Placet quod hic referre quae habet Max. Faust ab Aschaff. *cl. 19. conf. 43. ord. 1524. p. m. 880.* & sunt verba eius fere haec: Wann ich dann endlich mein einfältig judicium von diesen tributo capitis anzeigen soll/ so halte ich dens/ vor unbillig/ und bey einer republ. un grosse Stadt nicht practicirlich. Die Unbilligkeit läst sich bald finden/ indem der Arme eben so viel als der Reiche geben soll/ welches doch wie offenbahr wider die Vernunft/ Billigkeit und Rechten streitet. Zu dem wird diese Capitatio mehrentheils von barbarischen Böckern/ als Türcken unter ihnen selbst/ und von dens/ wider die Christen gebraucht. Also ist es eine grosse Schande und Unrecht/ das die Christen solches den Türcken wolten nach thun. Und ob wohl dergleichen in principatu etwan hinginge/ so wird sichs doch nicht in grosser Gemelne/ da der Status Democraticus fürtrifft/ practiciren lassen; daß da muß man über solche Meynung entweder den ganze Pöbel/ oder doch dessen Ausschuss hören/ die sich aber nimmermehr darzu verstehen werden/ weil es über ihren Beutel gehen würde. Und wann je der Nothfall vor der Thür/ und in Eil kein ander Mittel wäre/ so dürfft man wohl sagen/ warum nicht bey guter Zeit besser Fürsorgung geschehen wäre. Ja es würde das Ansehen haben/ als wann die Obrigkeit/ als die man für die Reichste hält/ hierin einen Vortheil vor sich suchen/lehr ausgehen und die arme Unterthanen alle querschen und ausziehe wolte/ also daß nichts anders als grof

ses

ses Misstranen/Verbitterung/ auch endlich der trauwige Untergang erfolgen müste. Hinc etiam est, quod Dantiscani acriter obstiterent contra Polonos ne capitatio reciperetur. *Diar. Eurob. p. IX. ad an. 1662. ad 12. Jun. & ad 11. Nov. sicut & adhuc an. 1677. m. Nov. Dantisci*, da openstik met de Trompet tot driemaet too uyt geblasen was/ dat men het hoofgeld soude hebben opte brengen/ graves pene tumultus exortos, *Novellæ Hollandicæ docuerunt, Sic qq. Hungari noluerent consentire in Capitationem Diar. Europ. p. 25. ad an. 1671. d. 4. xbr. add. Petr. Greg. 3. syst. jur. univ. c. 6. n. 12 p. m. 60.*

VIII.

Et sane fatemur, æqualitatem maxime in contributionibus Publicis spectandam esse, vid. *R. 7. de 1548. §. Und nachdem sich etliche pag. m. 322. cuilib. Principi tanquam e specula dispiciendum, ut forma impositionis ad unguem seruetur, nec dispar & inæqualis irrepat: ut contrarium ut Germania, communis Patria nostra dulcissima, hæcenus satis superq; experta sit. Ibi n. multis in locis omne, quod vel hostium furor vel flamma adhuc in bonis reliquum fecit, indictionum ac superindictionū inæqualitas nullo habito vel personarum vel rerum respectu, nullaq; Arithmetica vel Geometrica proportione observata, prohdolor! totum absumsit. Testes sunt viduarum lacrymæ ad cœlū clamantes, miserimæ orphanorum & pupillorum reculæ, agri deserti, depopulatæ urbes & civibus viduatæ, ædes collapsæ, imo relicta illa a possessoribus rudera, quibus ceu in utilibus factis membris & a corpore resectis, td. principaliores ejus partes ordine subsequi necessum est, usq; dum systema ipsum animam debere & solvere incipiat. Conf. *Limn. in addit. ad l. 4. §. P. c. 7. n. 57. pag. m. 450. seqq.* Hinc & tutius ac æquius forte, damnato prorsus antiquissimo illo Græcorum *Chrysfargiro*, de quo vid. *Petr. Greg. 3. de rep. §. 8. 9. pag. m. 54.* in indicendo tributo capitis certi gradus ad facultates & commercia ejusmodi relati constituuntur, sicut & olim centesima imposita pro ipso capite, æstimationem omnium facta, uti videtur *Ant. Thyio in antiq. Roman. l. 2. n. 1. pag. m. 266.* sicut & aliquoties factum in *Recc. Imp.* uti videre est *supra c. 3. §. 3.* Ast, si scapham scapham velimus appellare, non videtur hic modus propriè sic dicta Capitatio, sed potius collectio secundum facultates ejusli-*

cujuslibet, vid. Matth. Wes. in d. cyn. lit. concl. 7. n. 3. pag. m. 109.  
Itaq; licet in Capitatione vere tali non ita proportio Geometrica  
ad amussim seruetur, quin tamen nec a ratione naturali nec civili  
aliena videatur, ipse Klock. d. c. 79. n. 41. pag. m. 437. tandem fa-  
teri tenetur, modo, *inquit*, adhibeatur justitia ac prudentia mo-  
deramen temporeq; necessitatis definiatur. Necessitas namq; excu-  
sat quicquid ad bonum publicum vergit, indeq; & tolerabiles red-  
dit tam ingentes & violentas exactiones Romanorum, ut ait Dn.  
Besold. de arar. c. 4. §. 1. v. 2. pag. 52. Intelliga. hic necessitatem  
non quamvis utilitatem publicam prout hæc vox in nonnullis ju-  
ris textib. usurpatur, ut l. fin. C. de his qvæ expubl. §. c. 10. 73. l. 10. C.  
de annon. §. trib. 10. 16. l. 2. C. de privil. dom. Aug. 11. 74. Sed eam,  
qvæ Remp. ejusq; statum maxime urget cujusq; neglectu publica  
incolumitas ac salus maximopere periclitatur; dijudicandam  
videl. ab iis, qui clavo Reip. cum superioritate aliqua independenti  
adsident, vid. l. 1. C. de quib. mun. nem. lic. se exc. add. Carpl. 4. R.  
tit. 10. resp. 75. n. 19. pag. 818. Sruck. cons. 25. n. 195. pag. m. 777.

IX.

Servabitur a. optime Moderamen illud ex l. 6. §. 3. de offic. Pro-  
conf. si nim (1) non ab omnibus; (2) neq; omni tempore (non ni-  
nisi extrema & inevitabili necessitate urgente introducenda.  
Mund. d. 17. c. 4. n. 2. pag. m. 206.) neq; (3) nimium vel penitus unifor-  
miter exigatur. Atq; hinc eo magis æqvitas Capitationis, inprimis  
qvæ hod. fieri solet, patescit (1) enim minuta saltem pecuniæ sum-  
ma hoc nomine pelrumq; solet indici. Unde & Generosus Dn. a  
Seckendorff in seinen Teutschen Fürsten Stat part. 3. c. 3. pag. m.  
225. afferit, daß obwohl die Köpffsteuer sonst in der Billigkeit keine  
Grund habe/waß aber gewisse Classes der Vermögende oder Un-  
vermögenden gemacht/ oder gar ein wenigß zur Capital-Steuer  
angefeket würde/man sich dessen zumahle in vorkfallenden No-  
then die offers keine lange Betrachtung und Ausschließung lei-  
den/so hoch nicht zubeschweren hätte add. Molin. de J. tom. 3.  
D. 668. n. 1. p. 506. (2) conditionis statusve personarū fere etiā aliqua  
hic solet haberi ratio. (3) cū omnes, quilibet sc. pro suo modo vitæ  
& quantascunq; facultates suas ac conditionem sub auspicio ac  
tutela reip. æq; tucantur, iniqvū adeo haud esse poterit, si in compē-  
ratio-

sationem eximii illius beneficii a rep. accepti, eid. notabile quid  
rependant, ut ut non ad amussim fortunarum ac viriū cuiusq; id  
fiat: prout in similibus accidere videmus, ubi si beneficia & com-  
moditates pretio redimendæ sunt, non habetur respectus ad per-  
sonarum redimentium bona. (4) etiam raro in civitate aliqua hoc  
tributum solum frequentatur, sed plerumq; alia juxta levantur,  
quæ pene solos opulentiōres onerant, immunibus aut non tam  
gravatis iis, qui tenuioris fortunæ sunt; quos adeo ex ratione  
proxime adducta, saltem alicui leviusculo censui submittere, ini-  
quum haud potest esse, etiam si in hac specie cum ditioribus æquen-  
tur: imo si quis adhuc inæqualitatem hic deprehendat, hæc omnis  
necessitate ac utilitate publica compensabitur. Nec cum lege na-  
turæ Capitationem pugnare, patet ex eo, quod ipsa lege divina  
præcipiatur, sicut supra diximus, Deum *Exod. 30. v. 12.* jus-  
sisse censum agere juxta capita filiorum Israel, & *v. 15.* disertis verbis  
sanxisse: *Quid dives est, nil plus dabit, nec qui pauper est, minus da-  
bit dimidio siclo.* Quamvis alias ut verum fateamur, tributum hoc a  
Deo, ut supra jam dictum, ad usus sacros institutum fuerit, ut a-  
gnoscerent Israelitæ se ipsos & vitam suam debere Deo, & hac  
velut homagii præstatione ejusd. usū redimerent. Unde & æquale  
imperatum fuit omnibus, ut scirent singuli, se totos Dei esse, &  
apud Deum æq; pretiosum esse uniuscujusq; eorū vitam. Præterea  
qq. fuit figura pretii veræ redemptionis animarum nostrarum,  
quod unum & æquale pro omnibus datum est, vid. *Matth. Wes. in  
d. cyn. lit. concl. 7. n. 5. pag. 112.* ut sic, usus talis tributi cum non  
fuerit politicus & alium plane habuerit finem, exinde haud fir-  
mum argumentum ad rem præsentem forte petatur. Interim tamē  
neq; aliud D. Apostolus, quando ad *Rom. 13. v. 7.* præcipit, ut omni-  
bus reddamus debita τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλῳ τὸ τέ-  
λῳ, per τὸν φόρον intelligere videtur quam argentum capitis seu  
capitationis Κορῳϋτευ/ ut interpretatur Syrus. vid. D. Jac. Wel-  
ler. in *annor. ad d. v. 7. c. 13. epistole ad Rom. add. Molin. de J. & J.  
c. 3. D. 661. n. 3. pag. 467.* imo & κῆρον sive φόρον quod Christus  
*Matth. 22. v. 17.* Cæsari reddere jubet, ut ut & prædii onus possit  
significare, quo minus tamen ibi tributum in capita non agrorum  
sed hominum cum Syro interpretemur, quid obstet non video.

F. Grot.

X.

Et nã. licet modum illum pro habitu facultatum ut capitacione æqvioram, multis rationibus defendat Klock. *de arar. l. 2. c. 53. n. 13. pag. m. 425. & n. 40. seqq. pag. 429. add. Carpz. 4. R. tit. 10. resp. 72. n. 22. seqq. pag. 813.* Si quis tamen illius ineundi & difficultatem & innumera alia, quæ rem circumstant incommoda, diligenter attendat, facile inveniet, socius ab illa norma esse deflectendum. Nam, ut taceam nil tam durum atq; inhumanum esse, quam publicatione pompaq; rerum familiarium & paupertatis detegi villitatem & invidiæ exponere divitias. *l. 2. C. quãd. & quib. quart. pars deb. 10. 34.* multum interest reip. collectas & tributa a ditoribus sine fraude & injuria inferri: quod circa alios contribuendi modos, veluti qn. agris *vel fumantibus vel Capibus* onera imponuntur, facilius cavetur; sed cum ex omnibus bonis subsidium Reip. præstandum est, adeo id ad sinceram & æqvalem collationem redigere arduum est, quam difficile singulorum patrimoniam & facultates nosse, optime Dn. Mevius *ad jus Lub. part. 2. tit. 3. art. 3. n. 12. pag. 312.* Et quamvis collectarum illatio conscientis & juramenti committatur, in tanta tamen multitudine sine animarum periculo id expediri haud potest, attento, quam minus hoc seculo metuatur conscientia atq; poena; quam parum n. juramentum illud in plerisq; civitatibus usitatum, vulgo *der Schosfesyndt* da ein seglicher Bürger verspricht/ alle seine Güter und sein ganzes Vermögen treulich zuverschossen/ observatum fuerit, experientia docuit. *Stuck. cons. 22. n. 103. seq. p. m. 771. jung. Carpz. d. l. resp. 73. n. 7. pag. m. 816.* Imo ut pacis tempore, quo quietæ, certæ & utiles cuiq; sunt suæ possessiones, iste contribuendi modus forte æqvissimus, ita inter bellicas turbas isto nihil incertius, nihil magis oneri bonis civibus, qui dum nec possessionum suarum certi, nec fructum participes & securi sunt, dum ex incertis certa solvunt, non possunt non esse egestati proximi, iisq; qui dum nihil habent, nihilq; contribuunt, ex eorum tamen mercedibus & stipe aluntur deteriores. Hinc etiam *in R. I. de 1748. §. Wiewohl nun Churfürsten. pag. m. 329.* alius modus, ad iter Romanum auf den Römerzug juxta matriculam Imperii placuit, atq; in comitiis

anno

anno 1603. per pluralitatem votorum iterum obtinuit. *R. I. de*  
*1603. s.* Nichts desto weniger aber. *pag. m. 778.* Sic ut jam colle-  
ctæ principaliter ipsis Statibus ad numerum tot mensium, so viel  
Römer Monath; in quot consenserunt, in certis civitatibus  
(quas Leg. Städte appellant, & vulgo recentur Nürnberg/  
Augsburg/ Frankfurt und Leipzig) solvendæ indicantur, facultate  
subcollectandi subditos ipsis relicta vid. *Limn. in addit. adl.*  
*4. c. 7. J. P. n. 54. pag. m. 443. seqq.* Atque hunc collectandi mo-  
dum Principes Statusque inferiores magno subditorum vicinor-  
umque damno accurate servant; nec solum simplum, sed & de-  
cuplum, duodecuplum, imo centuplum & ultra exigunt. vid.  
*Stuck. d. conf. 22. n. 30. 31. pag. m. 766.* ita ut rusticus quidam haud  
inseite quondam dixerit, Er wolte die Römer behielten ihre/  
und ließen den Deutschen ihre alte und bezeichnete zwölf Mo-  
nate; denn die Römer Monate wären so kurz/ daß deren 100.  
und noch wohl mehr auf ein teutsch Jahr giengen. *Conf. Klock.*  
*d. c. 53. n. 32. pag. m. 428. & Limn. ad art. 14. Capitul. Ferd. III.*  
*verb. vielsältig überschritten pag. m. 698. seqq.*

XI.

In Hollandia simile superiori est tributum, quod vocant  
den twee-hondersten Penningh. In quo vero impenendo, quod  
mireris, cum difficulter a Magistratibus in uniuscujuscunqve  
privati opes inquiri possit; neque enim facile quis fortunarum  
suarum vel magnitudinem vel tenuitatem, solet explicare, mo-  
ris utique est, ut Consules reliquique Magistratus urbani pro  
publica de uniuscujusque opibus fama ab aliis plus ab aliis mi-  
nus exigant, prout alii ditiores, alii tenuiores æstimantur.  
Quo fit, ut nemo opes suas deferre ad Magistratum cogatur,  
cum ipsorum Magistratum judicio ex publica fama & celebra-  
tate æstimantur. At ista cum plerumque erret, & hic errare  
etiam possit fama, unicuique privato per leges concessum est,  
instituire nimii oneris sive impositi querelam apud Magistrat-  
um, si agnoscat opes suas majores, quam sunt, æstimatas. Si  
quis enim solenni juramento affirmare tum velit, non tanta se  
in bonis habere, quanta a Magistratibus sunt æstimata, im-  
positæ ducensimæ, quantum æquum justumque est, detrahitur.

F 3

Qva

Qua in agendi ratione id observari dignum est, quod cum homines plerique sint ambitiosi, nihilque aequae affectent, quam opulentorum hominum famam atque existimationem, multi a quibus nimia exegerunt Magistratus, malint nimia illa praestare, quam fortunarum suarum tenuitatem apud Magistratum profiteri. Adeo ut ambitio subditorum hic profit Reip. & tributum reportetur eorum quoque opum nomine, quae non possidentur. Boxhorn, in d. Comment. de Stat. fed. Belg. c. 23. n. 7. pag. m. 103. 104. ac ex eo Klok. de arar. l. 1. c. 14. n. 57. pag. m. 122. Hodie in Imperio nostro vix etiam justus collectandi modus in ejusmodi contributionibus observatur, sed facultates subditorum grosso tantum modo inspicuntur, ac pro re nata collectae indicuntur. vid. Carpz. d. l. resp. 74. n. 5. pag. m. 85. Quem tamen modum non saltem intutum, sed etiam perniciosum semper censui; utpote quo in tenebris aliorum arcana dijudicantur, ex incertis certum poscitur, janua affectibus aperitur, & quod ignoratur in aliorum praedictum & damnum statuitur. Feste enim experientia cuncti facultatum recessus pro posse & nosse celant, divites quidem, ut aemulationem & invidiam, opum individua comitem Cic. 3. pro Tusculan. pauperes, ut paupertatis injuriam evitent; Quidam autem eas vel evadendo vel extenuando, ubi opus non est, promunt aut thraconice agunt, aut hypocritice: hinc certo nec a sagacissimis sciri potest, quod aequitatis fundamentum esse debet. Plerumque hi de rebus vel sudoribus suis, quam illi de possessionum latifundiis lautius vivunt, hincque multi pauperum divites, multi divitum pauperes apparent. Unde non potest non exoriri maxima inaequalitas & confusio, quae suo sudore gaudentibus onus, avaris & tenacibus lucrum, nulli jus suum tribueret. vid. Dn. Mev. d. l. n. 5. pag. 312.

## XII.

Ceterum sunt, qui ut lex justa sit & dicatur (1) Potestatem inferente: (2) ut fiat propter bonam commune: (3) ut secundum aequalitatem proportionis subditis onera imponat, volunt; & horum uno deficiente legem omnem injustam & in conscientia foro plane non obligare pronunciant. Quare igitur



tur, num & lex de inferendo tributo capitis, utpote quæ fere  
inæqualiter subditis onera imponit, eos in conscientia obliget.  
Sane, ut aliæ leges humanæ subditos obligant non tantum quoad  
pœnam & obedientiam (quod extra dubium est) sed etiam suo  
modo quoad conscientiam h. e. ut subditi præscripta legis fa-  
cere & prohibita non facere debeant: sic enim obediunt *l. 1.  
junct. l. 2. inf. de legib.* ut n. faciunt, a Magistratu puniri debeant,  
& si pœnam illam forte effugiant, nihilominus in conscientia  
non sint securi sed pœna ipsis metuenda divina. Hahn. *ad Wesf.  
d. 1. de leg. n. 7 pag. m. 69.* add. Paul. Layman. *in Theol. mor. l. 1. tr.  
4. c. 8. n. 2. pag. 63. & c. 14. n. 1. pag. 72.* Dn. Bökelm. *ad w. d. tit.  
de leg. § 18. pag. m. 28.* ita & hic Natura utique superiorum legi-  
bus obtemperare jubet. Nec video, quomodo non teneantur  
in conscientia, qui etiam pravis jubentur obedire Principibus.  
*1. Petr. 2. v. 13.* Imo quis est, qui patienter onera ferat, qui æ-  
qualitatem in se observatam agnoscat, qui legem onera impo-  
nentem non arguat & reprehendat, ut etiam vel hujus intuitu  
difficile sit conscientiam ex legis justitia & injustitia obligatam  
& non obligatam dicere, vid. Magnif. Dn. Ordin. D. Ziegler.  
(quem merito Dn. Beyer. *in addit. ad c. 3. Joh. Selden de Diis Syris.  
pag. 32. seculi nostri & Germaniæ decus vocat* de *Jur. Maj. part  
1. ex. 3. thes. 48. 49.*

#### CAPUT. VI.

De iis,

### Qui imperare Capitationem possunt.

I.

IN proximam jam porticum, quæ, quibus jus indicendi tri-  
butum capitis competat, refert, secedamus. Non moramur  
autem distinctionem illam in Ordinariam sc. & Absolutam Prin-  
cipis potestatem: de qua vid. Rol. a Valle *vol. 4. conf. 100. n. 60.  
pag. 326.* Covarruv. *3. var. resol. c. 6. n. 8. pag. 226.* Riminald. *1.  
conf. 5. n. 229. pag. 27.* Cravett. *conf. 241. n. 20. pag. m. 82.* Wahr. ab  
Erenb. *de regn. subjc. 15. n. 16. pag. m. 126.* & inprimis Lud. Ro-

F 3

dol-

delphin. do Sabloneta *de suprem. seu absol. Princ. poc. c. 1. n. 3. pag. m. 4. & c. 5. 6. pag. m. 32. 58. seqq.* Ita ut & hic ex absoluta de-  
mum potestate Principem Capitationem recte imponere forte  
quis asserat. Nam vix est, ut in principe legitimo dari possit  
plenitudo potestatis, quæ quicquam differat aut distet ab ordi-  
naria potestate. Quin, sicut in Deo una eademque potentia est,  
sive agat secundum ordinem a se constitutum, sive extra eun-  
dem ordinem: ita potestas quoque imperantis eadem est, sive a-  
gat secundum ordinem a se positum, sive aliter. vid. Magnif. Dn.  
D. Ziegl. d. l. p. 1. ex. 2. ib. 42. Proinde melius, uti collectæ, ita  
& jus imperandi capitationem dicimus esse de Regalibus. vid.  
Besold. *de arar. c. 4. ib. 20. n. 2. pag. m. 91.* Atqui cum Imperator  
potissimum fons & scaturigo sit, unde velut per rivulos &  
canales diffluit & promanat, quicquid est uspiam Iudictionis; &  
omnia regalia & jura ex ipso tanquam oceano fluunt & ad eun-  
dem refluent, Chassan. *catal. glor. mund. p. 5. confid. 27.* merito  
hunc primo loco locamus. Et quidem erat forma indicendi  
extraordinariam aliquam collationem jure Justiniano hæc,  
quod ipsa ab Imperatore decreta insinuabantur apud præfectos  
prætorio, quorum loco hod. Principes Electores esse putan-  
tur. Deinde ipsum Cæsaris præceptum mittebatur præsidibus  
provinciarum, quorum vices hod. Principes, Comites, Baro-  
nes obtinere dicit Bocer. *de Regal. c. 7. n. 212. pag. m. 409.* ut sc. hi  
exigant superindictum. Nov. 128. c. 1. Cujac. *ad l. un. C. de Super-  
ind.* Hodie vero duobus veluti frænis ab retinaculis, capitulatione  
sc. & juramento fidelitatis, quod præstatur imperio, (ut ut eo Imp.  
major) sistitur Impp. Germanorum potestas. Ac ut pragmatica  
legum sanctio, ita & capitationis aliarumque collectarum ex-  
traordinariarum ad usus publicos pertinentium indictio, cum  
simultaneo Imperatorie Majestatis Statuumque Imperii con-  
sensu fieri consuevit. vid. *art. 8. 7. Pac. & Rec. Imp. apud Limn.  
ad art. 12. capitul. Carol. V. verb. Aufslagen und Steuer. pag. m.  
107. add. Lundorp, tom. 1. actio. publ. lib. 6. c. 101. pag. 1066. &  
lib. 2. c. 154. pag. 1075. Reink. de R. S. & E. l. 2. cl. 3. c. 4. n. 8. pag.  
490.* Idque verum manet in extremo etiam necessitatis casu, ita  
ut nec tunc Imperatori ad minimum sine consilio Electorum colle-

Collectas Statib. vel eorum subditis imponere liberum sit, sicut id  
*art. 14. Capitul. Ferd. III.* exprimere Electorib. operæ pretium  
visum fuit, postquam nim. Ferdin. II. instinctu nonnullorum  
fortunæ suæ cursum absolutam potestatem sibi, ut in aliis,  
ita etiam in contributionem Impositione vel potius exactione,  
prætextu necessitatis adscribere non fuserat veritus, ut ex actis  
conventus Ratisponensis anno 1630. habiti abunde cognoscitur. vid.  
Limn. *ad d. art. 14. verb. mit Rath und Gutachten. n. 2 pag. m. 697.*  
Hinc tamen stomachose elicit Andius sine Bono (ita n. per ana-  
gramma popularem suam & Gallicarum laudum supra modum  
præconem vocat Cujac. 18. O. 38.) penes solos Imperii status esse  
potestatem exigendi tributa. Quod etiam satyrco morsu noviter  
potesit Euphormio Lufininus, quisquis ille sit, in *lcone animor. c. 5.*  
*pag. 149. add. Hippol. a Lapide rr. de Rst. Stat. (qui merito a Lud. ab*  
*Hörnigk de jur. postar. pag. m. 333. dicitur periculosissimus) part. 1.*  
*c. 12. sect. 1. pag. m. 248. seq.* Sed vid. Klock. *de contrib. c. 4. n. 56. seqq.*  
*pag. 101. seqq.* Limn. 1. J. P. c. 12. n. 36. *seqq. p. m. 228. seqq.* Reink.  
*h. 1. cl. 2. c. 2. n. 52. seqq. pag. 34. seqq.*

II.

Quid dicendum de Pontifice Romano? Habet hic utriusque  
potestatis monarchiam. *cap. 17. de elect. & el. pot. & tantum præstat*  
*Impri. quantum Sol Lunæ. cap. 6. de major. & obed.* Ad quæ tamen  
Dan. Otto de J. P. *cap. 24.* optime ita; si Papa est Sol & Imperator  
Lunæ, reliqui quinque Planetæ reliquentur Jesuitis, & quidem  
Mercurius propter linguæ volubilitatem: Venus propter libidi-  
nes: Mars propter seditiones & bella: Jupiter propter dominan-  
di cupiditatem: & Saturnus propter inquisitionem ac turbas; atq;  
ut sydera erratica ab Ecliptica, quæ via solis est, recedunt, ita &  
illi a Duce Jesu aberrant. Ut ut sit, certum hoc est, Papam in ter-  
ris suis, quas *Patrimonium Petri* vocant, neminem recognoscere  
superiorem, ac omnia jura Majestatica, licet Vultur ille Romanus,  
ut loquitur Bernh. Zieritz. *de princ. prerogat. apud. Arum.*  
*Disc. Acad. 34. vol. 2. pag. 1048.* nullo alio jure, ns. dolo, vi &  
viribus in hæc involaverit, plene exercere, indeq; & Capitatio-  
nem recte in licere. vid. Carpz. *ad L. R. c. 3. sect. 4. n. 17. seqq. pag.*  
*887. seq.* Myler. *ad Rumel. part. 3. diss. 2. c. 12. pag. m. 634.* Infe-  
qvuntur

quuntur Reges, utpote qui in suo statu per similes existunt Imperatori nec minus quam ipse Majestate præditi sunt. *Rumel. ad A. B. p. 3. diff. 3. §. 4. pag. m. 675.* Feudistæ tamen quam plurimi, soli Impri. Regalia transcribunt; Id quod licet excuset *Bocer. de Regal. c. 1. n. 7. pag. m. 8.* nempe id eo fieri, quia de jure civili Romano potissimum dissertatio instituat, nõ de jure civili aliarum gentium; vix tamen excusari potest *Valtejus*, qui *l. 1. de F. c. 15. n. 6.* cum *Baldo* & aliis soli Imperatori de jure, aliis a. Regibus usurpatione quæd. Regalia competere asserit, eo forsitan, quod. Imp. Romano prærogativa aliqua competat, quæ inter Principes mundi maxime refulgeat, quodq; is inter omnes Reges emineat veluti *Itella matutina*, sicut ejusm. emblemata plura congesit *Franc. Carolus Dux Sax.* apud *Lanf. orat. pro Germ. pag. 146. seq.* Et si n. prærogativam istam non negemus, negamus tñ. confici exinde summum Imperium & Regalia de jure soli Imp. usurpatione a. reliquis etiam competere Regibus. Et sane videtur *ægesopsia* illa & dignitas Rom. Imperatoris, quæ reliquis Europæ Principibus præfertur, orta primum ex amplitudine & multitudine provinciarum Regni Germanici tempore *Ottonum* maxime formidabilis, cui proinde reliquæ omnes Respp. per annos nunc septingentos semper primum locum concesserunt, eamq; in quieta possessione reliquerunt. vid. *Magnif. Dn. Ziegl. de jur. Maj. p. 1. ex. 1. §. 17.*

### III.

Reges excipiunt Electores, utpote quorum suprema in Imperio post Imp. & Reg. Rom. est dignitas, ac præ aliis Imperii Principibus quam plurimas insignes habent prærogativas; sunt n. columnæ & latera Imperii. *A. B. c. ult. pars corporis Imp. c. 24. §. 1. Oberste Vätter und Rathgeber der Deutschen Nation/ uti se ipsos appellant apud Hortleder. de caus. bell. Germ. l. 1. c. 37. m. 511. pag. 292.* Principes absolute & per excellentiam, si quis credit *Geowoldo de Sacr. Rom. Imp. Septem-Viratu c. 7. pag. m. 125.* Imo regia eorum est dignitas. vid. *Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 13. n. 8. p. m. 168.* *Wahrem. ab Erenb. pro feder. l. 1. c. 2. n. 147. pag. m. 232.* *Arum. ad A. B. diff. 3. §. 11. pag. m. 131.* *Conf. Theatr. Europ. part. 2. pag. 147. 197. 244.* Post Electores ut omnium primo in Imperio veniunt *Archiduces Austriae*; *Myler. ad Rumel. part. 2. diff. 2. §. 4. pag.*

pag. m. 289. ita & hic sequuntur, usq; non minus ac Electoribus potestas indicendi capitationem competit, maxime quoniam non tantum paria, sed etiam majora quam Electores obtinent privilegia, imprimis ob ea, quæ Imp. Frid. II. & Carolus V. domui Austriacæ concessit, quæ refert Goldast. *Consil. Imp. Germ. lib. 1. pag. m. 85. ac lib. 2. pag. m. 19. Limn. 5. J. P. 2. n. 31. pag. m. 34. seqq.* ubi & inter alia habetur, daß sie in allen ihren Landen / Herrschafften und Gebieten Graffen/ Freyherrn/Ritter/Knechte und verdiente tügliche Personen von neuen Edeln machen mögen; quæ verba cum satis clara sint, mirari non desino assertionem Sixtini 1. de Regal. 4. n. 34. 64. 65. & c. 5. n. 127. (sicuti eum refert Rümel. ad A. B. part. 3. diff. 3. §. 4. pag. m. 675.) quæ Archiducibus Austriæ, non solum in suo Archiducatu, sed & in toto Imperio. Nobiles creandi jus competere scripsit, add. Cuspianum in Austria pag. 35. ubi privilegium refert, quo Frid. II. Imp. Ducem Austriæ in regiam exulit dignitatem; de quo tamen & Bodin. l. 2. de Rep. c. 3. edit. Gall. pag. 286. ita: *quisqu'il vouloit trancher du souverain, refusant obeir au Etats del' Empire, douze ans après fut privé de la qualité & titre Royal.*

#### VI.

Archiducibus proximi sunt Episcopi (sub quorum appellatione & Archiepiscopi & Metropolitani comprehenduntur, Congr. Lancell. in *templ. omn. jud. l. 2. c. 4. n. 25.*) Hi n. a Ludovico Pio Imp. ut placet Heig. p. 1. q. 4. n. 54. pag. 74. vel ut alii, ab Ottone M. in Principum cooptati numerum, iisd. cum Principib. secularibus privilegiis frui cœperunt, Arum. ad A. B. disc. 3. §. 8. pag. m. 128. Conf. Georg. Wicelium in libro quem inscripsit *Viam Regiam*, sub tit. *ad art. de potest. Eccl.* ubi cum multa alia, tum hoc imprimis reprehendit, in Episcopis suæ ætatis, quod propemodum pudeat eos Episcopus dici, & audire tantum Principes gaudeant; imo quod illorum aula non sustineat patienter audire, si quis roget, ubi Rev. Episcopus sit; præcise dicendum esse: ubi reperiatur meum gloriosum Dominum & Principem. Dicit a. recte notari illorum opinionem aut potius assentationem, qui commiscuere in Episcopis Ecclesiasticam pariter ac politicam potestatem. vid. Magnif. Dn. Ziegl. *de jur. Maj. p. 1. ex. 10. §. 34.* add. Limn. 3.

J. P.

7. P. 3. n. 1. seqq. pag. m. 29. seq. Uu ut sit, contrarium certe tam al-  
tas in Imperio nostro egit radiges, ut Arnoldus quidam Brixianus,  
quod Episcopis regalia competere negasset, anno 119. in presen-  
tiam mille Antistitum, hæresi damnato fuerit. Carol. Sigon. de regn.  
Ital. lib. 11. pag. 173. Conf. & Carpz. ad L. R. c. 3. sect. 9. n. 31. seqq. pag. m.  
199. Reink. l. 1. cl. 2. c. 2. n. 103. pag. 41. Myler. ad Rumel. p. 1. diff. 5. c. 6. lit. a  
pag. m. 109. Ecclesiasticos insequuntur Seculares; & sunt (1) Duces  
ac Principes qui idem, imo plus in territoriis suis possunt, quam  
Imperator in Imperio toto. (2) Marchiones: (3) Landgravi: (4)  
Burggravi, Comites Barones &c. regalia habentes.

V.

Quid v. dicendum de Nobilibus Immediatis ac Civitatibus  
Imperialibus. Illi quoniam Status Imperii non sunt, nec Regalia  
regulariter, habere dicuntur. vid. Befold. de ordin. Equ. lib. 8. 9.  
seqq. pag. 142. seqq. Carpz. ad L. R. c. 3. sect. 12. n. 44. pag. 239. Limn. 6.  
7. P. 3. n. 39. pag. 103. jus qq. Imperandi capitationem, ns. forsan  
Regale Collectandi ex peculiari concessione vel præscriptione  
acquisi verint, iis non competere adstruendum videtur De his v.  
quin tributum capitis suo districtu subditis imponere possint, mi-  
nus dubii habet; sunt n. Status Imperii, Regalia juraq; territoria-  
lia die Lands hohe Obrigkeit habent; ut ut Ande. Knichea non  
uno loco, ab ex professo in *velit. Apologet. n. 138. seqq. p. 34. seqq. &*  
*Epopsi* (hisce n. nominibus ipsi visum fuit partus infelices pro fru-  
dere) totus in eo sit, ut civitatibus hæc neget. vid. Gail. 2. O. 57. n. 7.  
pag. 399. Rumel. ad A. B. p. 1. diff. 1. c. 11. pag. m. 26. Befold. de jur.  
Crim. civit. n. 8. seqq. pag. m. 108. Limn. 7. 7. P. c. 1. n. 49. seqq. pag.  
30. seq. add Klock. de contrib. c. 5. n. 69. pag. 146. Non obstat lex,  
quæ objici solet, 16. n. de V. S. quod nim. privatorum loco civita-  
tes habeantur; Illa n. de mediate imperio subjectis & municipa-  
libus exaudie hda Gail. d. l. n. 8. Et præterea multum interest inter  
id, quod fuit & quod nunc est l. 98. §. 8. n. de solut. nam longe a-  
lia reip. factis hodie, ac olim. Unde & constat, quam inutiliter o-  
leum perdant, qui ad LL. Romanorum, quas Justiniana nobis  
custodivit, aut etiam noviter dedit Iprudentia, hodiernum re-  
gimen examinant. Sicut n. ipsa reip. forma haud parum hod. mu-  
tata est, ita pristina illa indumenta sibi aptari haud quaquam pa-  
titur. Ceterum provinciales s. municipales civitates Land und  
Städtchen

*His §. 3. exactis. n. n. pag. 292. Mynf. §. O. 22. Klock. de contrib. c. 17.  
n. n. pag. 304.*

III.

Quid v. statuendum de Clericis? Sub acrimonia poenæ ac debita ultionis imp. collectis hos gravare prohibent. *l. 5. C. de SS. Eccl. l. 2. cum aurb. seq. C. de Episc. & Cler.* Quod & fontes juris Canon. præcipiunt. *c. non minus. c. adversus. x. de imm. Eccl. c. quæquam. de censib. in 6.* ut ut nulla reperiat lex divina, quæ hæc exemptio Clericorum confirmetur. Magnif. Dn. Ziegl. *de jur. Maj. l. 2. c. 2. n. 14. pag. 883.* add. Guil. Barclaj. *in lib. de potest. Pap. c. 15. pag. 122.* Exempla n. duo, quæ allegari solent, alterum Josephi *Gen. 47.* alterum Artaxerxis, *1. Esdr. 7.* legem divinam haud constituunt. Et imprimis exemplum Artaxerxis quod attinet, ideo Rex ille mandavit, ne Sacerdotibus tributa imponerentur, quia illi agros non possidebant inter filios Israelis, sed tantum vivebant ex sacrificiis, oblationibus & decimis. Unde & constat, male concludere Canonitas nonnullos ex *c. 17. Matth.* Clericos omnes, eo quod sint adoptivi filii Dei, jure divino liberos esse ab omni tributo; Pari n. jure omnes justissimi omnes Christiani etiam exempti essent, ut volunt Anapabstixæ. Et illa adoptio est hereditatis & ordinis coelestis, non terreni. Recte v. & apposite ad hoc Christi dictum *4. c. 17. Matth.* Principes seculares exemisse Ecclesiasticos a tributis, eo quod peculiariter sint qf. de familia Christi, volunt Theologi passim. Inde tñ. a Capitatione minime liberos eos pronunciamus, quippe in iis, quæ ob utilitatem ac necessitatem publicam indicuntur haud quæquam excusandi, per *c. 22. c. 23. q. 3.* Hinc & in *Recc. Imp. de 1495. 1502. 1532. 1542. 1544.* sancitum invenimus, daß alle Strift. Capittel/ Klöster/ Kirchen &c. ihre Steuer und Anlag geben sollen. Et imo, si census Filius Dei solvit, quis tu tantus es, qui non putas solvendum. Ambros. *ad c. 5. Luc.* uti refertur *can. magnum. 28. c. 11. q. 1.* Quare cum discipulus non debet esse ultra Magistrum, nec servus Major Domino suo, *Joh. 13. 16. Luc. 6. 40. Matth. 10. 24.* ministri vel vicarii non abnuant ea solve- re, quæ solvit ipse Dominus Θεσνδοπος. Ex quo & facile patet quid de Venerabilibus (nempe dixerim Venerabilibus) Patribus Loyolitis seu Jesuitis (den Jesu-miedern) statuendum sit, qui tam

bullis inoculati adversus omnem exactionem tributorum valentissimi, quam olim Romani Triumphantes bullis suis adversus invidiam. Unde & adhuc novissime in Polonia Capitationem sibi imponi restitisse, relationes publicæ in Mart. hoc anno 1681, dixerunt. Conf. Klock. *de contrib. c. 12. pag. m. 301.*

IV.

Ceterum quia ea quandoq; humanæ naturæ est conditio & fragilitas, ut non omnia, quæ volumus, omnes posse, & quæ possumus, semper velle, sed pro temporum locorumq; oportunitate & nolle & velle & posse intelligamur, Capitationis præstantæ obligatio non potest recipere causas, ex quibus impedimentum occurrat vel in totum tollatur. Agens n. non agit ex mente Philosophorum, ns. patiente bene disposito, & actus regulatur secundum naturam sui subjecti. *l. 6. in f. C. si quis alt. vel sib. §. c. c. sum super. x. de offic. & pot. jud.* Ideoq; ob rerum angustiam a capitatione eximuntur I. Pauperes, de quibus merito conqueritur. Salvian. *de gubernat. Dei lib. 5. in med.* cum possessio ab his recesserit *Capitatio* non recedit, proprietatibus carent, & vestigalibus obruuntur. Ast non entis nullæ sunt qualitates, & inanis plane actio, quam debitoris excludit inopia. *l. 6. de dol.* Dann da nicht ist hat der Kaysers sein Recht verlohren. Gail. *de arrest. c. 9. n. 20. pag. 25.* Bocser. *de Regal. c. 3. n. 227. pag. m. 423.* Berlich. *1. concl. 76. n. 27. pag. 521.* Et præterea iniquum esset, eos quibus perpetuum fere cum fame bellum, hoc onere velle gravare. Nec tantum ii quibus fortuna novercans nullas opes unquam concessit, immunitate hac gaudeant, sed etiam qui facultatibus sunt lapsi. Ubi ratio eadem, ibi & jus idem triumphat nullo extensionis adminiculo. *l. 32. n. ad L. Aquil. Rol. a Valle vol. 1. cons. 72. n. 19.* Atq; hinc etiam esse videtur, quod Constitutionis Imperii passim jubent, die verarmte Unterthanen mit Abforderung der Contribution so viel mïglich zu bedencfen vid. *R. I. de 1582. §. und nach dē p. m. 694. R. I. de 1594. §. das die Unterthanen. p. 711. R. I. de 1603. §. und dann das. pag. 730. R. I. de 1613. §. nachdem es nun. pag. 707.* Et quamvis exiguum qq. hod. est quod famulis omnibusq; qui sunt in nostra familia ministrante, operæ conductæ datur præmium, & quandoq; vix amictui comparando sufficit, ut propterea & inter



Fürsten-Städte/ etiam Capitationem recte imponunt, non tñ. per modum præcepti & indictionis, quod est de regalibus, sed per modum conventionis vel voluntario decreto totius universitat- is, ad id legitime convocandæ; *arg. c. 29. de R. J. in 6.* Interim in scenam personæ sarcina capitationis oneratæ jam prodeant. Est igitur

CAPUT. VII.

De iis

*Quibus Capitatio imperari potest, & qui ab illa immunes.*

I.

Sane cum solutio Capitationis nostræ Idictionem in personam, Idictio a. subjectionem præsupponat, consequitur, neminem ad illam teneri, ns. qui subditus sit, *arg. c. magnum 11. q. 1. c. omnia. x. de censib. Cravett. conf. 7. n. 9. & conf. 241. n. 17. Menoch. 1. conf. 2. n. 144. Natta vol. 1. conf. 47. n. 6.* Dicitur a. subditus quis proprie & vere ratione domicilii. *l. 20. ad munic. l. 3. de muner. c. licet ratione. de for. comp. Gail. 2. O. 35. n. 2. pag. m. 346.* uti & quotidie in Camera observari testatur Rosenth. *de F. 2. c. 6. concl. 85. sub lit. m. pag. 353.* Cum v. domicilium naturale nullo in fori usu sit, si aliud ullum est, Klock. *de contrib. c. 11. n. 12. pag. 251.* concurrentibus domicilijs nativitatis & incolatus ( loquimur cum Dd. domicilium aliud originis aliud habitationis facientibus, quæ tñ. divisio minus accurata nobis semper visa ) domicilium incolatus, non originis spectandum. Hinc incolas novos, novam tñ. post eorum adventum ob necessitatem natam capitationem præstare debere, nullum est dubium. Et puto hoc procedere, orta sit licet antè eorum accessum causa, si modo adhuc tempore introitus duret, vid. Berlich. *p. 1. concl. 76. n. 32. pag. 521.* Ad sunt n. Capitationis requisita iusta nim, adhuc operans causa & personæ subiectio Ast dubium est de capitatione prædiorum, num & ea ad prædia extra territorium collectantis sita extendenda sit? Nos negamus ex eo, quod munera realia vel patrimonialia velut rebus incumbentia præsentur in loco, ubi res sunt, & cum in diversis territoriis bona possidentur, pro singulis in quovis loco subeat Capitatio.

G 2

Nec

Nec obstat R. l. de 1542. §. Damit auch solchet Ordnung verb. daß ein jeder allein an de Orth da er geseßen/sein Anlag zu dieser beharrlichen Türckenhülffe geber/von allen seinen Haab und Gütern so er allenthalben hatt unverbindert wo die sind oder liegen. vid. Mævius *part. 2. dec. 72. pag. 99. seqq.*

II.

Forenses, cum subditi non sint, nec capitationem personalem (nisi consuetudine forte aliter receptum, sicut & in Gallia olim allophyti seu albini assem fisco inferebant. vid. Petr. Greg. 4. de rep. 4. n. 23. pag. m. 93.) solvunt. *text. in l. 4. l. 6. C. de incol. l. 17. §. 5. & §. 13. ad munic. jung. Gail. 2. O. 52. n. 13. pag. 386. Bocer. de Regal. c. 3. n. 230. pag. m. 423.* Aliud dicendum de Capitatione prædiorum, quæ utiq; tenentur. *l. 94. §. 2. de censib. l. 6. §. ult. l. 18. §. 21. seq. de mun. & bon. Bocer. de collect. c. 9. n. 9. pag. iii. Richt. dec. 70. n. 36. pag. 22. Berlich. part. 1. concl. 76. n. 29. pag. 521. add. Reink. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 178. seqq. pag. 287.* Quamvis n. ut dictum e civium numero forenses non sint, nec iudictioni ejus, in cujus provincia immobilia possident, sub sint; hoc tñ. possessiones frugiferas ab oneribus non eximit, cum & hæc ratione territorii subditæ sint. Hartm. *l. 2. pr. for. tit. 52. O. 5. n. 5. Reink. d. l. n. 177.* Traditur quidem communiore iudicior. sententia, Forenses in eo loco ubi bona habent collectas non solvere. vid. præprimis. Hahn. *ad West. tit. de cens. pag. m. 587. seqq.* Ast primo ex ratione quam addunt, collectas nim. personis non rebus imponi, apparet pertinere illud ad impositiones, quæ recta personis fiunt, rerum tantum circa quantitatem habita ratione vel respectu. Secus ubi iudiciones rebus fiunt, ut in capitatione prædiorum. Mævius *part. 2. dec. 372. pag. 545.* Iniquum n. esset, si solis subditis, qui pro defendenda provincia ejusq; territorio innumeras molestias tubeunt, nec si necessitas exegerit vitæ parcunt, omnia onera imponerentur; forenses v. commodis & utilitatibus tantum fruuntur, nec ullo modo juvent eos, quorum sumtu & virtute pax provincie conservata est; absq; quæ nec illi agros colere, nec ullum ex prædiis fructum capere possunt. Commodum proinde qui sentit, etiam in commodum sentiat necesse est. *l. 10. de R. 7. Bocer. d. c. 3. n. 231. pag. 425. Wurmf. exerc. ac ad 6. §. 11. pag. 254. 256. add. Thom. de colle-*

ter pauperes merito referantur, & ead. cum illis immunitate gaudeant; a Capitatione tn. famulos & ancillas immunes esse noluit Maximilianus I. Imp. in der Ordnung des Regiments. ann. 1500. §. nemlich das. Neq; id improbari potest. Magnif. Dn. Ziegl. de jur. Maj. l. 2. c. 2. §. 5. pag. m. 878.

V.

II. His, qui occasione belli insigni damno affecti sunt, aut quibus flamma parum in bonis reliquum fecit, vel qui aliam cladem perpessi sunt, capitationis onus minui vel remitti, ratio & æquitas svadet Est n. contra jus naturæ afflictionem afflicto addere, & qui in uno gravatur, in alio relaxari debet. c. qui sentit, de R. J. in 6. conf. Petr. Greg. 3. de rep. c. 9. n. 12. pag. m. 89. Hinc licet Constitutiones Imperii meminem a collectis Turcicis nec privilegiatos nec consuetudine munitos excipiant, R. I. de 1495. pag. m. 28. R. I. de 1500. tit. von Soldnern, pag. 40. R. I. de 1544. §. und nemlich sollen, pag. 296. R. I. de 1576. §. und nach dem diese, pag. 657. R. I. de 1582. §. und demnach, pag. 664. R. I. de 1598. §. die weil dann p. 779. R. I. de 1603. §. nachdem es, pag. m. 779. notabile tn. omnes inter Recessus in R. I. zu Speyer, de 1542. §. und wie wohl, pag. m. 274. prostat exemplum de civitatibus Goslaria, Mulhusio, Northusio, Wangena & Cella in Hamerspacho, daß nemlich weils dieselbe Städte ihrer Kündlichen Schaden/Brande und Verarmung halben der Zeit ihre Anzahl Kriegsvolck abzufertigen/und bis zu Einbringung des gemeinen Pfennings zu unterhalten nicht vermögtes für billig bedacht sey/daß ihnen zu gnd. und Ergezung ihrer erlittenen Schaden die Anzahl ihres Kriegsvolcks nachgelassen würde. Hinc & gloriose sane Eumenius Panegyristes c. 12. grat. ad Const. Augusto, de remissione tributi capitis ita declamat? Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum, & tn. utrum sufficeret hoc nobis sepius requisivisti. Quantum sit hoc Imp. beneficium, quam necessarium nobis, quam utile etiam devotionis officiis, non queo satis dicere. Remissione ista 7. millium capitum, viginti 5. millibus vires dedisti, dedisti opem, dedisti salutem. O divinam Impor. tuam in sananda civitate megicianam, Nescit taxare indulgentiam tuam, qui de putat  
septem

septem millia capitum sola donasse, donasti omnia quae stare fecisti. Certe & nunc liberi parentes suos chariores habent & mariti conjuges non gravare tuentur, & parentes adulatorum non poenitet filiorum, quorum onera sibi remissa latantur. vid. Klock. 2. de erar. c. 50. n. 12. pag. m. 416. & c. 79. n. 30. pag. m. 487. add. Max. Faust ab Alschaffend. cl. 1. conf. 13. ord. 13. pag. 15.

Excipiuntur & III. ii, quibus specialiter & in specie capitatio remissa est, sicut a Vespasiano Caesariensibus & Capitulensibus eam remissam esse testatur l. 8. §. 7. de cens. Calvin. in lex. jur. voc. Capitulenses. Privilegiati in genere neutiquam ab ea immunes erunt; cum immunitas concessa tam ab ordinariis, quam extraordinariis oneribus haud extendatur ad onera, quae imponuntur ratione belli, vel alterius publicae utilitatis, Gail. 2. O. 52. n. 26. pag. 388. Bocer. de collect. c. 11. n. 50. p. 199. Dn. Eckolt. ad tit. π. de jur. immun. §. 5. pag. m. 1430. per l. 1. C. de ind. l. 1. un. C. de vac. mun. publ. quorum tamen textuum neuter huc facere videtur; lex. 1. enim, non agit de munera extraordinario, sed ordinario: sicut & l. un. non agit de immunitate, sed de vocatione, imo admittit etiam excusationem ab extraord. muneribus. Magis facit ad rem l. 11. C. de SS. Eccl. & l. fin. C. de mun. patrim. 10. 14. Et praeterea sicut is, qui ex pacto casum fortuitum in se recipit, non intelligitur de casu insolito cogitasse per text. in l. jubemus. C. de SS. Eccl. ita etiam immunitatem ab ordinariis & extraordinariis concedens contributionibus, de casu insolito & improviso cogitasse haud censetur, Wurms. ex. acad. 6. th. 6. pag. m. 245. Hinc etiam Doctores ac Professores ex privilegio Constantini Imp. immunitatem habeant ab omnibus oneribus, etiam patrimonialibus l. 6. C. de Prof. & Med. 19. 52. ubi: nec non & rebus. Item: ab omni functione) omne autem qui dicit, nihil excludit. l. 6. de leg. 3. l. 13. C. de mand. ) & ab omnibus muneribus. add. l. 11. π. de Prof. & Med. jung. Wef. in cyp. lit. de subs. nec. publ. ser. concl. 3. n. 28. pag. 57. a capitazione tamen (ut vult Klock. de contr. c. 15. n. 121. pag. 363.) liberis eos pronunciare vix possumus, cum publica utilitas cuilibet privilegio praeferenda sit, idque, etiam amplum

plum, non extenditur ad non cogitata & ea quæ necessitas inopi-  
nata imponit. *l. 1. § 1. t. C. de quib. mun. nem. sc. lic. exc. 10. 48.*  
*l. un. C. ut nem. lic. 10. 27.* add. Rol. a Valle 2. *conf. 76. n. 7. seqq.*  
*pag. 271. Mynf. 4. O. 70. n. 6. pag. 297.* Unde &, licet personæ pu-  
blicas functionibus donatæ ordinariæ eximantur, ne actionibus  
& opibus publicum juvando, gemino onere premerentur, a ca-  
pitatione vix immunes erunt. Ut ut prædicta etiam ita limi-  
tari videntur (1) si in concessione Principis clausula illa adda-  
tur: & a quibuscunque aliis oneribus vid. Rol. a Valle 1. *conf. 5.*  
*n. 44. pag. 47.* (2) si tempore belli immunitas concessa sit. vid.  
Mynf. 4. O. 70. n. 9. *pag. 298.* Rosenth. *de F. c. 5. concl. 80. n. 5.*  
*§ 6. pag. 215.* (3) Si immunitas per viam contractus onerosi,  
& quidem ob remunerationem & in compensationem conce-  
sse sit. Rol. a Vall. *d. conf. 76. n. 13. pag. 271.* Hipp. Riminald. *conf.*  
*289. n. 18. pag. 267.* Bocer. *de coll. c. 11. n. 51. pag. 200.* Zœf. *ad π.*  
*tit. de leg. n. 37. pag. 26.* Quamvis Ægid. *intr. crim. in tit. de Prin-*  
*cipe. n. 152.* exemptionem concessam propter merita non posse dici ex  
causa onerosa putet, quia ad eam cogi haud poterat Princeps.  
Sed resp. (1) quod utique de ea iudicatus ac si concessa fuisset  
ex contractu oneroso, Rol. a Val. *d. l. n. 28. pag. 273.* (2) quod  
imo recipiens non habeat causam lucrativam, sed onerosam, ex  
quo sibi solvitur laboris merces. Nec concedens id facit, ut  
exerceat liberalitatem, sed ut solvat debitum naturæ; & licet  
præceptis juris civilis ad id non teneretur, tamen ubi est solu-  
tum repeti non potest tanquam indebite solutum, ita Natta  
*conf. 242. n. 4. pag. 7.* Vid. hic Th. Hobbes. Philosophum Bri-  
tannum (qui iudicio Gisbert. Voetii in *Biblioth. stud. Theol.*  
*pag. 439.* periculosus sæpe ac male coherentibus axiomatis præ-  
stantissimam scientiam politicam non parum conturbat) in *c. 6.*  
*§. 14. de civ. pag. 106. c. 7. §. 14. pag. 129.* & in *not. ad d. c. 6.*  
*§. 15. pag. 109.* sed add. Brunnem. *ad l. 13. de ll. n. 8. pag. 13.* Hahn.  
*ad Wesenb. tit. de consit. in fin. pag. m. 81.* Jam fere con-  
sigimus portum, quo mihi cursus erat.

Unde definimus in

H

CAP.

*Fine & Contrariis Capitationis.*

## I.

UT omnium actionum humanarum finis primarius gloria Altissimi, ita & merito hac in materia esse debet. Unde caute circumspicendum, ne Magistratus sub specie Rationis status a præceptis divinis & caritate proximi alium in finem se seduci patiantur, cum utique & hic præcepta Dei præponi debent regulis ac præceptis, quæ Ratio Status suggerit. juxta *c. cum Apostolus §. prohibemus. x. de censib.* Finis vero hujus materie proprius est, ut publicæ & summæ reip. necessitati consulatur, & omnium utilitas, communis defensio, tranquillitas & libertas melius conservetur? Quæ de re & extat augustissimum & fere divinum oraculum Imp. Alex. Severi, omnium ejus successorum in Imperio populique pastorum animis insigendum in *l. 25. de appellat.* Tantum mihi curæ est, *inquit*, eorum qui reguntur Libertas quantum & illorum benevolentia ac obedientia, Caveant itaque & pii Principes, ne pro lubitu sine ulla reip. necessitate, tanquam substantialem capitationis qualitatem inducente, & absque qua illa vi metuque extorta præsumitur, vid. *Sixt. de regal. l. 2. c. 14. n. 58.* capitationem indicant, tantum ut suppetat luxui & voluptatibus. Cogitent merito gravem sibi aliquando reddendam rationem, tum qualia a subditis exegerint tributa, tum in quem usum eadem collocarint. Conf. *Generos. Dn. a Seckendorff in Deutschen Fürstens Stadt / p. 3. c. 3. sub n. 9. pag. 229.* Imprimis & a Consiliariis longe absit, ne Dominis hic nimis adulentur, illudque Harpagi ingeminent? *Mibi placet quicquid Rex facit.* vid. *Rol. a Valle 2. conf. 91. n. 55.*

## II.

Contraria Capitationis sunt, ne reiteretur, sed causa ejus cessante, ipsa quoque omnino cesset ac remittatur *arg. l. 1. pr. C. de cad. toll.* Deficiente enim onere, deficit præstatio, quæ sit respectu oneris. Et quando gravamen est causa commodi, cessat commodum gravamine sublato. Aliter si fiat, necessitas

fitas publica assumetur pro forma; reipsa vero frauserit, & rapina pauperumque oppressio. Petr. Navar. l. 3. c. 1. num. 255. quem allegat Petr. Layman. in Theol. l. 3. tr. 3. part. 1. c. 3. n. 2. pag. 314. in fin. add. Befold. de arar. c. 4. ib. 2. n. 2. pag. 54. Neque alias onera, quæ extra ordinem propter accedens necessitate urgente exiguntur, in ordinaria degenerare debent. Hoc enim tyrannicum videbitur & principatui ipsi parum utile, dum hac ratione subditis excarnificatis ad seditionem ansa & veluti canibus famelicis latrandi & mordendi præbeatur occasio. Aliter CONSTANTINUS M. de quo jam dum in lapide Hispanico gloriatur:

IMP. CÆS. FLAVIUS. CONSTANTINUS.  
AUG. PACIS. ET. JUSTIT. CULT. PUB.  
QVIETIS FUND. RELIGIONIS. ET. FIDEL.  
AUCTOR. REMISSO. UBIQUE. TRIBUTO.  
FINITIMA. PROVINC. ITER. RESTAUR. FEC.

Chokier. *aphorism. polit. 2. c. 10. n. 7. pag. 232.* ubi & solemne illud esse Regum Galliæ juramentum asserit, ut concessis a populo tributis, diserte caveant, ea se remissuros, ut primum necessitas, ob quam imposita sunt fuerit sublata. Hinc & laudabilis HENRICI IV. Gall. Regis pacè cum Hispano firmata, vectigalia extraordinaria subditis remittentis circumfertur vox: *Nous vous quittons ce que vous devés du passé.* Petr. Matth. lib. 1. bis. Interim faxit Deus T. O. M. qui corda Regum in manu habet, & uti voluerit, inclinabit illa. l. 8. C. de Summ. Trinit. ut (sicut de tributariis diceceseos Africanæ Imp. scripsit. l. 1. §. 5. C. de offic. pref. prat. Afr.) post tantorum temporum captivitatem, lumen libertatis adpiciamus, ac firma pax td. purpureis suis circumvolet alis.

*Sic satis est, mea vela lego terramq. saluto  
Mors non sibi, sed tibi, nunc lassæ quiescite membra.*

Con-

Constitueram quidem plura addere, ast modicum temporis,  
quod vitæ Wittebergicæ relictum pennam cohibet. Proinde  
si hac in materiæ difficultate, forte minus deliberato mentis  
iudicio egerim, id ita scriptum volo, ut mihi emendandi & re-  
jiciendi jus semper relinquatur saluum ac integrum; meliora  
enim substituere, & competentem prioribus imponere correctio-  
nem non erubescimus. *Nov. 22. inf. præf.* Tibi vero, summe  
Jehovah, ex quo & per quem omnia. *l. 5. §. 1. C. de summ. Trinit.*  
devotas & immortales ago gratias, exhibiturus laudes, quas  
mens mea concipere & lingua proferre potest maximas. *l. 1. pr. C.*  
*de præf. præf. Afr.* quod benigne vires concedere & manum  
mentemque in conscribenda hac dissertatiuncula dirigere  
volueris. Et sicuti tuo in nomine laborem hunc  
aggressus sum, ita in eodem eundem

FINIO.

**Q**uem semel Eynomie non scævo lumine vidit,  
Illum nec otium avocat,

Nec varia turpans mentem ratione voluptas,  
Nec munus unquam Liberi

**A** sacris Themidos, quam gnavus deperit unam  
Dices futurus arbiter,

Talis, KOPPIADE, Phœbo Musisq; probaris.  
Te *Leyda* fovit inclita

Cultorem Juris, Te *Lipsia*, Misnidos ingens  
Decus: fovet Te *Leucois*

Eximia in præsens nulli virtute secundum;  
Cujus reconditas opes

Ubere jam promis Svada. Sic jure mereris  
Decora laudum maxima.

Nec nos immerito FELICITER adclamamus:  
TEDIVA MACTET HONORIBUS!


*Hiscæ Nobilissimo atq; Clarissimo*

**DNI Respondenti-Auctori, Amico Estumatisimo,  
DE EGREGIO SPECIMINE JURIDICO**

*Imq; gratulantur*

**COMMENSSALES STRAUSIANI.**







ULB Halle

3

003 633 195



TA → OL

WAP





EXERCITATIO ACADEMICA  
DE

# CAPITATIONE

vulgo vom

**Kopff = Belde /**

*Cujus tutanda gratia*

*Divina praordinante Clementia*  
atqve

*Inclutæ Leucorea*

*Magnifici fCtorum Ordinis Indulgentia*

PATROCINANTE

VIRO EXCELLENTISSIMO,

**DN. GODOFREDO Strauß /**

Jcto & Antecessore in alma hac Albipolitana Famigeratissimo,  
POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ in Supremo Appellationum Judi-  
cio, nec nou SERENISSIMOR. PRINC. ANHALT. SERVEST. Confilia-  
lio Splendidissimo, Senatus Juridici Electoralis atqve Ordinis sui Ad-  
fessore Gravissimo, & h.t. DECANO Spectatissimo,

*Macenate suo indulgentissimo, Promotore item ac*  
*Præceptore nec non Hospite atatem submisso sibi*  
*devenerando,*

Ad diem XVI. April. A. D. c1o 1oc LXXXI.

*In Phrontisterium Jure-Consult.*  
*prodibit*

**JOHANNES PHILIPPUS Kopff /**  
OLDENBURG.

VITEMBERGAE,

LITERIS JO. GODOFREDI MEYERI, 1707.

1681 139

9°  
22

